eſt quattuor: ꝛ ſic de aliis: ꝛ h̄ abſit/ q: ſic nunꝗ pec-
cator poſſet ſatiſfacere. Si tertio mō tunc bonū con-
iunctū malo facit maius malū/ qḋ eſt impoſſibile: idē
ſequit ſi q̄rto mō dicat eſſe: g̃ hec opinio eſt impoſſi-
bilis. Propter hoc venit opinio tertia/ ꝛ dicit ꝙ ꝓ Opinio 3a
pter quattuor pctā redeūt p̄cedentia pctā/ ꝛ nō ꝓpter
alia: ꝛ illa extrahunt ex lr̄a: hec aūt ſunt odiū frater-
nū apoſtaſia a fide ꝑ hereſim: ꝛ cōtēptus cōfeſſionis
propter obiectionē ſupra inductā ꝛ pigritia pnīe: tūc
eñ dicūt ꝙ deus facit ei nō valere pniam p̄teritā: et
de hoc antiq̄ errāt in hac opiniōe: verſus aūt eſt iſte:
Fratres odit apoſtata fit ſpernitꝗ fateri. Penituiſ-
ſe piget p̄ſtina culpa redit. Sed tunc querit q̇d ſit Queſtiūcl'a
ſpecialit in his pctis: ꝓpter qḋ dr̄ redire prior culpa
potiꝰ ꝗ̄ in aliis: aut eñ h̄nt hoc ex pte ſpēi/ aut ex de Arg. primo
formitate radicis. Si p̄mo mō tūc ꝑ homicidiū opor
tet redire p̄cedens culpa: q: maiꝰ pctm̄ eſt ꝗ̄ odium
fraternū: ꝛ hoc nō dr̄ ibi ꝙ in odio fraťno ſupponat
qḋlibet pctm̄ contra ꝓximū: qḋ nō eſt veꝝ ſm eos ſi
ex deformitate radicis h̄ēt h̄. contra q: tūc ex pctō in
ſpm̄ ſctm̄ debuit redire p̄cedens culpa qḋ deformiſſi
mā h̄ēt radicē: ꝛ hoc iteꝝ nō eſt veꝝ ſm eos Adhuc 2o

ſi aliquis inſpiciat autoritates q̄ in lr̃a inducuntur
plura innueniet: ꝓpter que ſancti dicunt redire pecca
ta. In ſexta que hodie eſt ſup̱ lr̃am ponit̃ in curia ne-
gligentie vel ocij: ⁊ in ſeptima q̄ eſt eiuſdē adiungitur
cupiditas humana: ḡ videt̃ ꝙ nō tm̄ bis quatuor de
Opinio 4ª cauſis reuertant̃ pctā. Ideo fuerūt quidā de q̄rta
opiniōe ſequētes magiſtrū in lr̃a dicentes ꝙ ꝓpt̃ ſolā
Ar. in opm ingratitudinē pctā reuertunt̃. Sed cōtra hos op-
ponit̃: q2 ingratitudo nō inuenit̃ niſi vno triū modo
rū: aut em̄ dicit actualē redditionē mali ꝓ bono cor-
de ore vl̃ opere factā: aut dicit nō cruationē bn̄ficij ſu
ſcepti actualē. ſ. aut ꝙ beneficiū nō reputet̃; vel minꝰ
reputet̃ q̄3 ſit: aut dicit habitualē quandā immemo-
rationē beneficioꝝ per hoc ꝙ agit aliq̄d contra bene-
ficiū. Primis aūt duob9 modis ingratitudo eſt ſpe-
ciale pctm̄ diuiſū ab alijs nō cōiunctū cuilibet pctō
ſequenti: ḡ per ingratitudinē illis duob9 modis ſum
ptā nō ponit̃ redire pctm̄ ꝓpter quodlibet ſeq̄ns pec-
catū. Si ḡ tertio mō ſumat̃ igratitudo q̄rat̃ quid
ipa ſit ꝙ tante eſt efficacie: videt̃ aūt ꝙ nō ſit actꝰ pec
cati: q2 vnus actꝰ peccati diſtinguit̃ ab actu alteriꝰ
peccati in ſpē: ⁊ ingratitudo cōiuncta eſt cuilibet pec-
2º cato ſequenti: ḡ ipa nō eſt actus pctī. Eodē modo
videt̃ ꝙ nec ſit circūſtantia: q2 circūſtantia vnius nō
eſt circūſtantia alterius: ⁊ ingratitudo vna eſt cuiuſ-
3º libet pctī ſequētis. Adhuc videt̃ ꝙ nec ſit effectus
pctī ſeq̄ntis: q2 diuerſaꝝ cauſaꝝ diuerſi ſunt effectꝰ
ſed ingratitudo eſt vnius rōnis ꝯn̄s diuerſa peccata
ꝯn̄a pniaꝫ: ḡ nec actus eſt nec circūſtātia nec effectꝰ
pctī: ḡ videt̃ ꝙ nihil peccati ſit: ḡ ꝑ ipam nō poteſt re-
Solutio uerti pctm̄ p̄cedens Rn̄ſio dōm videt̃ mihi in iſta
q̄ſtiōe ꝙ pctm̄ nec idē numero nec idē ſpē nec eq̄li rea-
tu nunq̄3 reuertit̃: ſed ex ingratitudine pctī ſequētis
dicit̃ reuerti quantū ad improperationē ⁊ deformi-
tatē peccantis que eſt ingratitudo maior q̄3 ſi ei pecca
tū dimiſſum nō eſſet: ⁊ iō ampliores meret̃ increpa-
tiones ⁊ cōdemnationē iuſtiorē / ⁊ aliter nō poteſt in-
telligi qualit̃ pctā reuertant̃. Ad hoc aūt intelligen-
dū quidā inuenerūt diſtinctionē eoꝝ que ſunt ex pec
cato in penitēte: tenet̃ em̄ penitēs ad dolorē cōmiſſo-
rū: ⁊ deteſtationē admittēdoꝝ ⁊ memoriā accepti be-
neficij: qd̄ tm̄ eſt vt infra patebit quāta ſunt ea q̄ ſūt
dimiſſa: cōſtat aūt ꝙ hec tria oīa interrūpit pctm̄ ſe-
quens: ⁊ iō innaſcit̃ ei q̄dā deformitas ingratitudi-
nis ex ꝯpatōne ad dimiſſionē precedentiū pctōꝝ: cui
em̄ multa ſūt dimiſſa magis tenet̃ grãs agere: ⁊ tur-
pius eſt ei cōtra remittentē peccare: ⁊ ſic p̄cedētia pec
cata nō vt pctā: ſed vt tanta dimiſſa quantitatē dant
ingratitudini ſequenti: ⁊ quo ad hanc redire dicunt̃
q2 quo ad hanc qnodāmō reſultāt in pctō ſequenti: ſi
aūt aliquo alio mō reuertunt̃ ad pn̄s nō intelligo p̄-
Ad primū. ter obiecta inducta. Ad primū ḡ dōm ꝙ Ezech. nō
qd̄ pº obij- intendit ꝙ nō recordent̃ iuſtitie ad minorē punitōnē
cit̃. q2 hoc eſſet cōtra dei miſcdiam: ſed intēdit ꝙ non re-
Ad 2m cordent̃ ad vite eterne cōſecutionē: ⁊ h̄ veꝝ eſt. Ad
aliđ dōm ꝙ iuſtitia nunq̄3 eſt ita equalis q̄n plus ſit
ad indulgentiā q̄3 ad cōdēnationē: q2 aliter crudelis
eſſet. Si tn̄ det̃ equalit̃ eſſe tunc dōm ꝙ nō ſequitur
q2 nō eſt ſil'e qd̄ pro ſili inducit̃: bonū em̄ opus de ſe
habuit ſpm̄ viuificatiuū quo poſtea p̄t valere ad me-
ritū: ſed malū opus nō habet aliq̄d ſuſtinēs ipm̄ q̄ re
uerēte poſtea poſſit redire: vnde multo deficientiꝰ eſt
malū q̄3 bonū ſil'r / bona opa oīa in grã hn̄t vnionē: et
iō reuertēte grã pn̄t redire: ſ3 mala opera nullam ha
bent vnionē oīno niſi aggregationis que ſimpliciter
pluralitas eſt ſicut vnio aceruí: ⁊ ideo cū nihil habeāt
vnionis quo reuerēte redire poſſint nō poſſunt redi-
re vt bona: qualit̃ aūt bona reuertant̃ ſupra inquiſi-
tum eſt. Ad aliud dōm ꝙ in humanis multa fiūt Ad 3m
ad cautelā ⁊ timorē futuroꝝ: ſicut ipa lex que peccan
tē ſeruū reuocat in ſeruitutē: hec em̄ reddit cautiores
⁊ infert alijs timorē / ⁊ ſine talibꝰ cautelis viuere nō
poſſet hō ciuiliter: ſed in diuinis nō eſt ita: ſed directe
ſunt ad normā iuſtitie: etiā precipue in cōdemnatiōe
⁊ punitiōe peccatoꝝ: q2 nō punit deus vnq̄3 vltra cō Ad 4m
dignū. Ad aliud dōm ꝙ nunq̄3 punit̃ pro illa par-
te que ei dimiſſa eſt: ſed talis punit̃ in inferno impp̱e-
tuū ꝓ pctō p̄terito ſic veniale cōiūctū mortali punit̃ i
eternū: ſed tn̄ in inferno minus punit̃ q̄3 puniretur ſi Ad obiecta
nunq̄3 penituiſſet. Ad oīa em̄ que in cōtrariū ſunt in ꝯriū ad p̱
vſq̄3 ad ſcđam opinionem concedi poſſunt de plano. tē negatiuā
Sed de ſcđa opiniōe puto dicendū ꝙ falſa eſt niſi Ad ſcđam
hoc mō dicat̃ ꝙ reatus ſequētis pctī habet maiorem opinionem
deformitatē ex cōpatione ad p̄cedentia dimiſſa: ⁊ ad
oīa q̄ circa hāc opinionē obijciunt̃ puto concedenda. Ad tertiam
Ad tertiā opinionē puto iteꝝ dōm ꝙ fl'a eſt tamen opinionē cū
ad hoc qd̄ q̄rit q̄ fuit ratio quare poſuerīt illa q̄ttuor q̄ſtiōe ⁊ ob-
pctā dōm ꝙ ideo potuit eſſe ꝙ p̄cedētia pctā querūt iectis.
remiſſionē ex parte dei ⁊ proximi ⁊ ipſius penitentis
⁊ ex p̱te dei q̄dē magis in genere eſt apoſtaſia: aut po
tiꝰ eoꝝ q̄ ſunt ī iuſtificatōe: ⁊ hec eſt fides: ⁊ iō q2 pec
cat ꝯ p̄mā iuſtificationē q̄ ad deū redit pctm̄: q̄ ad ꝓ-
ximū aūt charitas cōicās bn̄ facit ad remiſſionē pctī
q2 meret̃ charitas eccl'ie iuſtificationē impioꝝ: ⁊ ideo
iteꝝ peccās ꝯ hoc peccat ꝯ iuſtificationē / ⁊ tūc redit
pctm̄ ꝓ eo. ſ. ex p̱te aūt penitētis ſūt duo opātia: vnū
ꝯ culpam / dolor. ſ. informatꝰ grã et cōtritiōe: ⁊ ꝯriū
huiꝰ ē pnia pnie. Aliud aūt opat̃ ꝯ penā ex vi clauiū
⁊ ꝯ hoc eſt cōtēptꝰ cōfeſſiōis iniūgētis ſatiſfactionē.
Alia aūt nō ſunt ita directe cōtra iuſtificationē: ⁊ iō
per ea nō redit: ⁊ per hoc patet ſolutio ad obiectū cir-
ca hāc opinionē. Si aliq̄s vellet eā ſuſtiere poſſet di
cere ꝙ pctm̄ nō ex quātitate deformitatis in actu ha
bet ꝙ faciat redire pctm̄: nec ex quātitate deformita-
tis in radice: ſed ex h̄ ꝙ peccat facientia cōtra iuſtifica
tionē: tn̄ ego puto ꝙ ēt iſta opinio falſa ſit: ſicut dictū
eſt prius. Ad vltimā opinionē dicendū ꝙ nec pro- Ad quartā
pter ingratitudinē pctī reuertit̃ niſi ſicut dictū eſt in opinionem
principio ſolutōis: ⁊ tūc ingratitudo ſcđo mō accipit̃
ꝓ habituali imemoratiōe bn̄ficioꝝ: ⁊ p̄cipue illiꝰ be-
neficij ꝙ dimiſſa ſunt pctā. Ad obiectū cōtra dōm Ad obiectū
ꝙ nec actus nec circūſtantia nec effectus eſt pctī ſeq̄n in oppoſitū
tis: ſed quedā deformitas cōſequēs ſequēs pctm̄ per
hoc ꝙ interrūpit habitualē gratiarū actionē: ⁊ ſic eſt
aliq̄d pctī eo mō q̄ defectꝰ aliq̄d dicit̃ eſſe defectꝰ: nec
tn̄ ſequit̃ ꝙ ſit actꝰ vel circūſtātia vel effectus ꝓpriꝰ:
q2 defectꝰ nō hēt niſi defectū ꝓ cā. Si autem querat̃
q̄re ſcti in lr̃a tāgūt illa pctā q̄ tāgūt dōm ꝙ de q̄tuor
p3 iāt: q̄a directiꝰ in illis peccat̃ ꝯ iuſtificationē: duo
aūt que ſunt incuria ⁊ amor mūdi generalia ſunt / et
potiꝰ ponunt̃ ꝓ radicib9 pctōꝝ q̄3 ꝓ pctis: q2 ex ipis
frequētiꝰ incidūt frequētia pctā q̄ ingratitudinē in-
ducunt: ⁊ per hoc patet ſolutio ad totum.

## An pctm̄ veniale etiā redeat per ingratitudinem ſicut alia. Arti. II B

Einde querit̃ deh̄ qd̄ dicit ibi: [Quoaduſq̄3
D reddat vniuerſum debitū, ⁊c̄.] s. a. Utrum
ex hoc habeat̃ ꝙ veniale redit ꝑ illū modū q̄ Arg. p̄mo.

Arg. ꝑmo. ꝗ non cõceduntᷣ ꝑ ĩgratitudinẽ redire alia. Uidetᷣ ꝙ nõ: qꝛ
qđ nõ eſt ꝯ̃riũ charitati nec etiã eſt ꝯ̃riũ ĩgͣtitudini: ſʒ
veniale nõ eſt ꝯtrariũ charitati: ǧ ꝛc̃. ǧ nõ debet redi
2º re ꝓpter ei⁹ oppoſitũ. ſ. ĩgͣtitudinẽ. Jtẽ non dicitᷣ
redire ꝓpter ĩgͣtitudinẽ niſi ꝙ ĩgͣtitudinẽ facit ma-
iorẽ: ſʒ venialia nõ faciũt maiorẽ ingratitudinẽ: ǧ nõ
reuertuntᷣ in ipa. Primũ pʒ ex ꝓbabit̃. ſcđm aũt pʒ
ex hoc ꝙ q̃cũqʒ nõ auferũt nec diminuũt charitatẽ il-
la nõ augẽt ingratitudinẽ ꝛ ſic ꝯſtat ꝓpoſitũ. Jn ꝯ̃riũ
aũt eſt lr̃a: qꝛ dicitᷣ hic vniuerſum debitũ ꝛ in illo in-
3º cluditᷣ pctm̃ veniale. Jtẽ cũ orõ dñica ſit ꝓ q̃ttidia
nis q̃ ſunt venialia ꝛ in illa dicitᷣ dimitte nobis debi-
Solᵒ ta nr̃a: ǧ venialia includuntᷣ ſub debito. Rñſio dicẽ
ad totũ. dũ ꝙ nõ reuertuntᷣ debita venialia niſi ꝑ illũ modũ
q̃ alia ꝛ bñ ꝯcedo ꝙ h̃ mõ nõ reuertũtᷣ. Ad obiectũ
ꝯtra dicendũ ꝙ eſt diſpoſitio in ꝯtrariũ diſponens ꝛ
ſic ꝯtrariatᷣ feruori charitatis. Et ꝑ hoc remiſſio ei⁹
auget ingratitudinẽ. Eodẽ mõ patʒ ſolutio ad ſeq̃ns

Arti. III. E

## An originale etiã redeat ꝑ ingratitudinẽ.

Einde queritᷣ de hoc qđ dicit ibi [Sed etiã
d originalia ꝛc̃.] ſ̃. b. Originale em̃ nõ eſt niſi
vnũ ꝯtra qđ ordinatᷣ baptiſma: ǧ videtᷣ ꝙ nõ
reuertatᷣ: qꝛ ſi reuerteretᷣ cũ n̄ deleatᷣ niſi ꝑ baptiſmũ
oporteret rebaptiſari ꝛ hoc hereticũ eſt dicere. P̃.
cũ originale ſit vnũ q̃lter pluralr̃ vocat originalia.
Solᵒ Rñſio dđm ꝙ originale ſcḋm ſuã eſſentiã nunq̃ʒ re
ad totũ. dit: ſed redit mõ p̃dicto q̃ dimiſſio eius auget debitũ
gr̃arũactiõis ꝛ auget ingratitudinẽ. Ad ſcđm diſ-
putatũ ꝛ rñſuʒ eſt in. ĳ. li. ĩ tractatu de pctõ origĩali.

Arti. IIII. D

## An ille cui plura dimiſſa ſunt magis tene tur ad gratiaꝝactiões q̃ʒ ille qui ſeruauit innocentiam.

Einde queritᷣ de h̃ qđ dicit ibi [Tot ǧ đbuit
d cogitare dona dei q̃t mala ſua ꝛc̃.] ſ̃. c. Et q̄
runtᷣ hic tria. ſ. q̃s tenetᷣ magis ad gr̃aꝝactio
nes. ſ. cui plura dimiſſa ſunt vel ille q̃ ſeruauit inno-
centiã. Scđo penes q̃d attẽdatᷣ gr̃aꝝactio maior vel
minor. Tertio vtrũ pluriũ donoꝝ ſit vna gratiarũ
Arg. ꝑmo. actio ꝛ vna ĩgͣtitudo vel plures. Ad primũ obĳcitᷣ
ſic: in corꝑalib⁹ magis valet ꝯtinua ſanitas q̃ʒ inter-
rupta ꝛ reſtituta: ǧ ſilr̃ ĩ ſpũalib⁹ pl⁹ valet ꝯtinuatio
ĩnocẽtie q̃ʒ a pn̄ia reſtitutio gr̃e ſʒ đ maiori bono ma-
gis ſũt agẽde: ǧ ad maiores gr̃aꝝactiões tenetᷣ inno
2º cẽs q̃ʒ penitẽs in ꝑſtinũ ſtatũ reſtitut⁹. Adhuc di-
gnior eſt ſtat⁹ ĩnocẽtie ꝛ ſecurior q̃ʒ pn̄ie: qꝛ penitẽs
neſcit ſibi pctm̃ dimiſſũ eſſe: ſʒ ĩnocẽs certe ſcit: qꝛ nõ
Jn ꝯ̃riũ ꝑº eſt admiſſũ ǧ vt ꝑus. Jn ꝯ̃riũ Luc̃. 7. Quis ǧ eũ
plus diligit? qꝛ ille cui plus donauit: ꝛ dixit ieſus: re
cte iudicaſti: ſʒ pl⁹ dimiſſũ eſt penitẽti: ǧ pl⁹ tenetᷣ di-
2º ligere ǧ ꝛ ampli⁹ gr̃as agere. Adhuc adiut⁹ in ꝑi
culo tenetᷣ liberatori cui nõ tenetᷣ hic q̃ nunq̃ʒ adiut⁹
eſt: ſʒ ĩnocẽs nunq̃ʒ adiut⁹ eſt: penitẽs aũt eſt adiut⁹
ǧ ad maiores gr̃aꝝactiões tenetᷣ penitẽs q̃ʒ innocẽs.
Queſtiun- Sʒ iđ q̃ritᷣ penes q̃d attẽdatᷣ q̃ʒtitas gr̃aꝝactiõis
cula ſcđa. videtᷣ aũt ꝙ penes q̄ntitatẽ donoꝝ: qꝛ gr̃aꝝactio eſt
Arg. ꝑmo. de donis ꝑceptis recognitio bñficĳ cũ laude ꝛ obſe-
quio: ǧ de maiori dono maior ẽ gr̃aꝝactio ꝛ de mio-
Jn ꝯtrariũ ri minor. Sʒ ſi h̃ ꝯcedatᷣ euãgeliũ videbitᷣ ẽẽ ꝯ̃ qꝛ
eſt ꝓ ꝟitate dicũt oẽs ꝙ charitas maximũ ẽ donũ ꝛ tñ euãgeliũ
Queſtiũcl'a videtᷣ velle ꝙ pl⁹ dʒ gr̃as agere cui pl⁹ ẽ dimiſſũ: vt
tertia. pʒ ex ꝑus ĩducta autoritate. Tertio q̃ritᷣ vtꝝ de
mltis ſit vna gr̃aꝝactio ꝛ vna ĩgͣtitudo. videtᷣ aũt ꝙ
nõ: qꝛ ſicut dr̃nt cauſe ꝓprie ita dr̃nt cauſata: ſʒ cã ꝓ-
pria gr̃aꝝactiõis ẽ ꝑceptio doni: ǧ diuerſoꝝ donoꝝ
diuerſe ſunt gratiaꝝactiões ꝛ ĩgͣtitudines ꝛ ſic ha
betᷣ ꝓpoſitũ. Rñſio dđm ꝙ primũ articulũ huius
q̃ſtiõis determiat Aug. in li. de virginitate dicẽs ꝙ Solᵒ.
ceteris parib⁹ vterqʒ ad eq̃les tenetᷣ gr̃aꝝactiões: qꝛ
a tot q̃t penitentẽ gr̃a dei eripuit a tot ĩnocentẽ ne ca
deret p̃ſeruauit: nec ſtare potuit niſi illo p̃ſeruante: ſi
aũt in ceteris pares nõ ſint tũc mag̃ tenetᷣ q̃ maiorẽ
charitatẽ hʒ ꝛ cetera dona maiora. Uñ in illis nihil
ꝓhibet vnũ magis teneri in rõne vnius ꝛ reliquũ in
rõne alia: qꝛ ĩ talib⁹ oꝑatiões ſe hñt ſicut excedẽtes ꝛ
exceſſe. Ad primũ ǧ dicendũ ꝙ eſt vt ſic ꝛ eſt vt nõ
qꝛ ſi ĩterrupta ſanitas maior eſt q̃ʒ ꝯtinua nõ eſt veꝝ Ad primũ.
qđ dicit: ſi aũt eq̃lis eſt ꝛ cetera ſũt paria tũc eſt verũ
Et ita eſt etiã in ſpũalib⁹: qꝛ tũc vitatio ꝑiculi magnũ
bonũ eſt de q̃ nõ tenetᷣ q̃ ꝑiculũ nõ incidit. Ad aliđ
dicendũ ꝙ nõ cõcludit niſi in q̃ʒtũ ad hoc: in ceter̃ aũt Ad 2m
põt eſſe oppoſitũ vt dictũ eſt. Ad aliđ dđm ꝙ ĩ ꝯ̃riũ
obiectũ ꝓbat ex plrib⁹ teneri penitẽtẽ ex dimiſſo ꝛ cõ- Ad primũ
miſſo ſed nõ plus: ꝛ ita loquitᷣ dñs Luc̃. 7. Et ꝑ hoc in ꝯtrariũ
patʒ ſolutio ad totũ primũ. Ad id qđ ſcđo q̃ritur
dđm ꝙ duplex eſt q̄ntitas diſcreta ꝛ ꝯtinua: ſpũalis Ad queſtiũ
aũt diſcreta q̄ntitas gr̃aꝝactiõis attẽditᷣ penes nũe culã ſcđam.
rũ donoꝝ ꝛ ſpũalis q̃ſi ꝯtinua attẽditᷣ penes magni ꝛ ad obiectũ
tudinẽ ꝛ p̃cipue penes magnitudinẽ charitatis: qꝛ
illa excellẽtior ẽ oĩ dono alio. Ad id qđ obĳcitᷣ ĩ ꝯ̃riũ
iã pʒ ſolᵒ ꝑ añ dicta. Ad id qđ tertio q̃ritᷣ dđm ꝙ Ad q̃ſtiun-
gr̃aꝝactiões nõ reſpiciũt dona ſcḋm ſpeciẽ dr̃ntia: ſed culã tertiã.
ſcḋm ꝙ ſũt diuie largitat̃ ꝛ magnificẽtie indicatiua. ꝛ
qꝛ h̃ mõ ſũt in rõne vnatiõ gr̃aꝝactio ẽ vna ſpẽ ꝛ de-
bẽt ẽẽ mlte nũero ꝑ diuerſitatẽ recordatiõis donoꝝ
ꝛ ꝑ ꝯñs ĩgͣtitudo eſt vna ꝑ ſpeciẽ potẽs diuidi ĩ plu
res nũero. Et ꝑ p̃dicta pʒ etiã ſolutio ad obiecta: qꝛ
non eſt verũ ꝙ diuerſitati donoꝝ ĩ ſpẽ diuerſe debe-
antᷣ gr̃aꝝactiões ſpẽ qꝛ nõ h̃ mõ reſpicit dona gr̃aꝝ
actio ſed modo p̃dicto.

## Quid ſit hic ſacramentũ et res.

Poſt p̃dicta reſtat inueſtigare q̃d in actiõe
pn̄ie ſit ſacramentũ ꝛ res. Sacramẽtũ em̃ ſi-
gnũ ẽ ſacre rei. Quid ǧ hic ſignũ ẽ ꝛ q̄ eſt res
ſacra huius ſigni? Quidã dicunt ſacramẽtũ
hic eſſe qđ exterius tm̃ geritur. ſ. exterior pe
nitẽtia que eſt ſignũ interioris penitẽtie ſcʒ
cõtritionis cordis ꝛ humiliationis. Quod ſi
eſt: nõ omne ſacramentũ euangelicũ id effi-
cit qđ figurat. Exterior em̃ penitẽtia nõ effi-
cit interiorẽ: ſʒ potius ĩterior cauſa eſt exte-
rioris. Sed ad hoc inquiũt illi hoc eſſe intel
ligendum de illis ſacramentis que in nouo
teſtamento inſtituta ſunt: vt eſt ſacramentũ
baptiſmi: confirmationis ꝛ corporis chriſti.
Sacramentũ vero penitẽtie ſicut ꝛ coniugĳ a
ante tempus gratie etiam a primordio hu-
mani generis fuit. Utrũq̃ʒ enim inſtitutũ fu
it in primis parentibus. Jtẽ ſi exterior pn̄ia
ſacramẽtũ eſt: ꝛ ĩterior res ſacramẽti: ſepi⁹ p̃
cedit res ſacramẽtũ q̃ʒ ſacramẽtũ rẽ. Sʒ nec
hoc incõueniẽs eſt. Nã ꝛ ĩ alĳs ſacramẽtis q̃
efficiũt qđ figurãt: h̃ ſepe contingit. Quidã Alioꝝ ſnia.

aũt dicũt exteriorẽ pniam ⁊ interiorẽ eſſe ſa
cramẽtũ nec duo ſacramẽta: ſed vnũ vt ſpẽs
panis ⁊ vini nõ duo ſunt ſacramẽta ſed vnũ.
Et ſicut in ſacramẽto corpis: ita etiã in h̃ ſa-
cramẽto dicũt aliđ eẽ tm̃ ſacramẽtũ. ſ. exteri
orẽ pniaꝫ: aliđ ſacramẽtũ ⁊ rẽ iteriorẽ pnie.
aliud rẽ ⁊ nõ ſacramẽtũ. ſ. remiſſionẽ pctoꝝ
Interior em̃ pnia ⁊ res eſt ſacramẽti. i. exte
rioris pnie: ⁊ ſacramẽtũ remiſſiõis pcti: quã
⁊ ſignat ⁊ facit. Exterior quoqꝫ pnia ⁊ interi
oris ſignũ eſt: ⁊ remiſſionis pctoꝝ.

Arti. V. E An hoc facramentũ habeat tria ſicuti ce-
tera. ſ. rem tm̃ ſignũ tm̃ rem ⁊ ſignũ ſimul.

Einde q̃rit̃ de ſcđa pte huiꝰ diſtinctiõis q̃ in
d apit ibi [ Poſt p̃dicta reſtat iueſtigare. Et in
p̃ncipio ſtatim q̃runt̃ q̃nqꝫ. Primũ eſt vtrũ
iſtud ſacr̃m ſicut cetera habeat tria. ſ. rem tm̃/ ſignũ
tm̃/ rem ⁊ ſignũ ſil'. Scđm eſt q̃d ſit in eo ſignũ tm̃. ⁊
tertiũ vtrũ ſit vnũ ſignũ tm̃ ⁊ res/ ⁊ ſignũ ⁊ res vel
pl'a. Quartũ vtꝝ ip̃m ſit vnũ ſacr̃m. ⁊ q̃ntũ ſm quẽ
Arguit̃ p̊o modũ ſit vnũ. Ad p̊mũ hoꝝ ſic obijcit̃ nihil eoꝝ q̃
totã rẽ ſuã ꝑficiũt iteriori ꝑatiõe hꝫ ſignũ ſacr̃ale: pe
nitẽtia totã rẽ ſuã ꝑficit oꝑatiõe interiori vel ꝑficere
põt: g̊ nullũ hꝫ ſignũ ſacr̃ale. Probat̃ p̊ma ex diffini
tiõe ſigni ſacramẽtalis in p̃ncipio libri poſita. Scđa
aũt ꝓbat̃ qꝛ ex interiori cõtritiõe dimittit̃ frequẽter
totũ pctm̃ ymo totũ pctm̃ cũ tota ſui pena deleri: an̄
2o q̃ꝫ vnq̃ꝫ fiat aliq̃d exterius. Adhuc omne illud qđ
nullã habet materiã extrinſecus oculis ſuppoſitã ꝑ
miniſtros eccl'ie miniſtrandã ip̃m nullũ habet ſignũ
ſacramẽtale: ſed penitẽtia tale q̃d eſt vel põt eſſe: ergo
nullũ habet ſignũ ſacramẽtale. Probat̃ p̊ma ꝑ defi-
nitionẽ ſacramẽti quã dat Hugo ꝙ ſacr̃m eſt viſibi-
le ⁊ corꝑale elementũ/ extrinſecus oculis ſuppoſitũ
ex ſil'itudine rep̃ſentans/ ex inſtitutiõe ſignificans ⁊
ex ſctificatiõe inuiſibilẽ gratiã conferens. Scđa aũt
In ꝯtrariũ ꝓbat̃ ſicut ante habita p̃cedentis argumẽti. In cõ
trariũ huiꝰ obijcit̃ ꝑ hoc ꝙ penitẽtia eſt ſacramentũ:
ſed omne ſacr̃m eſt ſacre rei ſignũ/ cuius imaginẽ ge-
Solo rit ⁊ ſil'itudo exiſtit: g̊ ⁊ penitentia. Rñſio dđm ꝙ
aliud iudiciũ eſt de penitẽtia ſm ꝙ eſt virtus mouẽs
li. ar. in peccati deteſtationẽ vt ſup̃ diſt. xiiij. dictũ eſt
⁊ aliud ſm qđ eſt ſacr̃m: ſm autẽ ꝙ eſt virtus nõ ha-
bet iſta tria. ſed eſt mouẽs li. ar. in modũ nature cu-
iuſdam ad deteſtandũ pctm̃ ꝑpetratũ inq̃ꝫtũ ꝑpetra
tũ eſt: ſm autẽ ꝙ eſt ſacramentũ dolorẽ habet ꝓ ma-
teria ⁊ gratiã ꝓ forma: ⁊ exteriora ſigna habet conſi
ſtens in tribꝫ ꝑtibꝫ. ſ. ꝯtritiõe ꝯfeſſiõe ⁊ ſatiſfactiõe ⁊
hec oĩa ſup̃ diſt. xv. ſũt notata ſic em̃ ille tres ꝑtes ſũt
oẽs ſil' nõ actu ſꝫ voto: ſm aũt ꝙ ẽ v̾tus nõ hꝫ ꝯiũctũ
votũ ꝯfitẽdi mĩſtro eccl'ie nec ſatiſfaciẽdi ſatiſfactiõe
ad p̊m ⁊ 2m erogata ſub clauiũ poteſtate. Ad primũ g̊ dđm ꝙ
pnia ſm ꝙ eſt ſacr̃m non ꝑficit rem ſuã interius ymo
habet ꝯiunctũ votũ ad exteriꝰ ꝓcedendũ/ ⁊ h̃ ẽ ſignũ
eiꝰ in q̃ ꝓcedit ad manifeſtationẽ exteriorẽ. Ad aliud
dicẽdum penitus eodem modo.

Arti. VI. F Quid in dicto ſacramẽto ſit res ⁊ quid ſi-
gnum ⁊ res tm̃.

Ecũdo q̃rit̃ q̃d ſit hic ſignũ ⁊ q̃d res ⁊ ſignũ ⁊
ſ q̃d res tm̃. Dicit autẽ mgr̃ in lr̃a ꝙ exterior
pnia eſt ſignũ tm̃: interior autẽ res ⁊ ſignũ ⁊
dimiſſio pcti res tm̃. Idẽ autẽ ip̃e cõtra obijcit: qꝛ Argu. p̊o.
ſm h̃ res p̃cedit ſignũ tꝑe cũ in alijs ſacr̃is ſignũ p̃ce
dat rẽ: remiſſio em̃ pcti p̃cedit exteriorẽ pniam. Ad 2o
huc autẽ obijcit̃ ſic: multa an̄ exteriorẽ pniam in hoc
ſacr̃o exteriꝰ agunt̃: g̊ videt̃ ꝙ exterior pnia nõ ſit ſi-
gnũ p̊mũ ⁊ p̃ncipale pnie. agit̃ em̃ ꝯfeſſio ⁊ ml'ta alia
ante exteriorẽ pniam q̃ eſt iniũcta ſatiſfactio. Ad- 3o
huc eſt ſignũ futuri qđ đr p̃noſticũ a medicis ⁊ aſtro
nomis: ⁊ ẽ ſignũ pñtis qđ dicit̃ ycos vel tipus: ⁊ ẽ ſi
gnũ p̃teriti qđ dicit̃ a tullio remẽoratiuũ tertio rhe-
torice: g̊ ſacr̃ale eſt aliqđ iſtoꝝ ſignoꝝ. Et conſtat ꝙ
nullũ niſi p̃noſticũ ⁊ illud ſemꝑ precedit ſignatũ: g̊ in
pnia cũ ſit ſacr̃m nullũ põt eſſe ſignum qđ nõ p̃cedat
pcti remiſſionẽ: g̊ videt̃ ꝙ exterior pnia nõ ſit ſignũ.
Adhuc ſi exterior pnia dicat̃ ſatiſfactio iniũcta ſicut
mgr̃ videt̃ velle: videt̃ ꝙ multi ꝯtriti ⁊ confeſſi dece- 4o
dãt ſine ſacr̃o pnie q̃ tñ ſaluant̃: qꝛ ml'ti decedũt ſine
exteriori ſatiſfactiõe: ⁊ h̃ videt̃ eſſe incõueniẽs. Ad 5o
huc in p̃cedẽti diſt. habitũ eſt ꝙ ſm q̃ntitatẽ doloris
⁊ deuotiõis moderãda eſt ſatiſfactio: g̊ q̃buſdã nihil
iponet̃. ſ. q̃bꝫ ſufficit dolor interior ⁊ deuotio: ⁊ ita il-
li nõ haberẽt de ſigno ſacr̃i pnie qđ abſurdũ eſt. Ali Obiectio
ter aũt obijcit̃ ꝯtra idẽ. ſ. ꝙ nihil exterioris põt eẽ ſi- quorundã.
gnũ ſacr̃ale ĩ pnia: qꝛ ĩ ſacr̃o no. le. ſignũ ẽ cã ⁊ efficit
qđ figurat: ſꝫ ext̃iora ĩ pnia ñ efficiũt ſꝫ iteriora: g̊ vi
det̃ ꝙ nõ ſunt ſigna ſacr̃alia. In ꝯ̃riũ huiꝰ obijcit̃ ꝙ In ꝯ̃riũ p̊o
oẽ ſacr̃m hꝫ ſignũ ſenſui extra ſubiectũ: ſꝫ in pnia ſolũ
exterior pnia eſt ſenſibus ſubiecta: g̊ ip̃a ſola eſt ſignũ
ſicut dicit mgr̃ in lr̃a. Rñſio ad h̃ dđm cũ mgr̃o in Solutio
lr̃a ꝙ exterior pnia eſt ſignũ tm̃/ ⁊ iterior ſignũ et res
⁊ dimiſſio pcti in culpa ⁊ pena eſt res tm̃: ſꝫ exterior
penitẽtia nõ dicit̃ meo iudicio tm̃ ſatiſfactio iniũcta:
ſed potiꝰ in cõi ad tres ꝑtes pnie accipiẽdũ eſt ſignũ
doloris exteriꝰ ĩ geſtu voce ꝯfeſſiõis ⁊ oꝑe ſatiſfactio
nis iniũcte ⁊ h̃ ſm tres ꝑtes pnie diuidit̃. ſ. ꝙ ſignũ
doloris extra ẽ ſignũ approp̃atũ ꝯtritiõi ⁊ ꝯfeſſioni
extra enarratio. ſ. approp̃ata ꝯfeſſioni ⁊ acceptio ex-
terior ſatiſfactiõis ſignũ ſatiſfactiõis. Res autẽ ⁊ ſi-
gnũ ſil' ſicut dicit mgr̃ ẽ pnia iterior: ⁊ hec ſil'r ĩ cõi ac
cipiẽda eſt. ſ. ſm ꝙ ẽ dolor volũtariꝰ cũ voto ꝯfitẽdi
⁊ ſatiſfaciẽdi ꝑ claues. Res ãt tm̃ eſt dimiſſio pcti in
tota cl'pa ⁊ tota pẽa ⁊ h̃ duo diuiſibilia ſt̃ qꝛ ꝯtritõis
res ⁊ ſignũ ẽ dolor iterior gr̃a iformatꝰ: ꝯfeſſiõis ãt
votũ ꝯfitẽdi q̃ iã ꝯfitet̃: itrauit em̃ votũ ſatiſfaciẽdi q̃
iã amplectit̃ iniũctã pniaꝫ itra ſil'r res diuidit̃ qꝛ in
ꝯtritiõe ẽ dimiſſio culpe ⁊ pene eterne: et in cõfeſſiõe
dimiſſio pene in purgatorio ⁊ in ſatiſfactiõe dimiſſio
pene tꝑalis. Ad h̃ qđ p̊mo obijcit̃ dđm ꝙ mgr̃ ſol- Ad primũ
uit in lr̃a qꝛ q̃nqꝫ non eſt incõueniẽs rem precedere ⁊ 2m
ſignum vt in baptiſmo adultoꝝ fit frequẽter: ſed qꝛ
hoc accidit ideo dicit ſcꝫ ꝙ aliter eſt in ſacramẽto tm̃
⁊ aliter in eo qđ eſt virtus ⁊ ſacramentũ. In hijs au
tem que ſunt ſacramẽta tm̃: ſemꝑ natura precedit ſi-
gnum ⁊ ſi tẽpore quãdoqꝫ comitetur ⁊ quãdoqꝫ ſub
ſequatur: ſed in penitẽtia que eſt virtus ⁊ ſacramẽtũ
penitẽtia vt eſt virtus eſt ante eandẽ ſm ꝙ eſt ſacra-
mẽtũ h̃ eſt actꝰ virtutis eſt ante actionẽ ſacr̃i ⁊ cũ vir
tute nõ põt eẽ ſil' pctm̃ ⁊ iđ res p̃cedit ſꝫ ſm ꝙ indicat
totã in culpa ⁊ pena peccati dimiſſionẽ ſignum p̃ce-
dit aliqđ in natura vel in tẽpore quandoqꝫ. Ad ali
ud iam patuit: quia comprehendit̃ ſub ſatiſfactione
cõfeſſio ⁊ quicq̃d exterius apparet. Ad aliud dicẽ Ad 3m
dum ꝙ hoc eſt ſignum precedẽs rem ſm aliquã par-
tem ⁊ hoc ſufficit per cauſam dictam. Ad aliud ad 4m ⁊ 5m

dóm ꝙ nõ decedũt ſine ſacr̃o:q2 nõ tm̃ dicit exterioꝛ pnia ſacrm̃:ſed verius interioꝛ:ſed ſequit̃ ꝙ ſine q̃dã ſigno qd̃ ẽ in ſacr̃o decedũt:⁊ h̃ nõ ẽ incõueniẽs.ymo etiã ſine ſacr̃o ſed tñ cũ re ſacr̃i nõ eſt incõueniẽs aliq̃s ſaluari ſicut habitũ eſt in tractatu de baptiſmo.

Ad obiectionem. Ad aliud dóm ꝙ illa obiectio quoꝛũdã in loco iſto fundat̃ ſup falſum: q2 nullũ ſacrametoꝝ oĩm habet ſignũ rei cauſatiuũ:aqua eñ nõ cauſat ſctificationẽ ſed potius virtus verboꝝ in aqua.⁊ ſpẽs panis ⁊ vini nõ cauſant coꝛp⁹ xp̃i ſ3 poti⁹ verba in tali materia ⁊ ſic de alijs.Et hoc eſt qd̃ dicit mgr̃ Hugo ꝙ ex ſctificatiõe inq̃t fit ſacrm̃ inuiſibilẽ gr̃am ꝯferens:vnde falſum eſt qd̃ dicit ſed ſufficit ꝙ illud qd̃ eſt res ⁊ ſacramentũ cũ foꝛma ⁊ materia ſit ſignificatiuũ ⁊ cauſatiuũ:⁊ hoc quidẽ hic fit:q2 doloꝛ cũ ſignis ſuis eſt materia ⁊ gr̃a foꝛmata ⁊ h̃ ſctificat:q2 in tali doloꝛe cauſat remiſſionẽ peccatoꝝ.

Arti. VII. G An in ſacramẽto penitẽtie ſignum ſit vnũ vel plura.

Argu. pmo Tertio q̃rit̃ vtrũ ſit vnũ ſignũ ⁊ vnicũ ſignũ ⁊ res ⁊ vnica res vel plures.Videt̃ aũt ꝙ vnica:q2 vnius ſacr̃i res debet eſſe vnica: ſ3 penitẽtia eſt ſacrm̃ vnũ g̃ ⁊c̃.
2o Adhuc mgr̃ in lr̃a nõ tangit niſi vnũ.ſ.exterioꝛẽ pniam ⁊ interioꝛẽ ⁊ pcti dimiſſionẽ g̃ ⁊c̃.
Solo. R̃ſio ꝙ ſunt plura ⁊ vnũ diuerſis reſpectib⁹.in cõi eñ accepta penitẽtia ꝓut claudit in ſe tres ꝑtes ſuas:vnũ eſt ſignũ tm̃ ⁊ vnũ ſignũ ⁊ res Et ſil'r eſt res vna tm̃ qd̃ q̃liter ſit in ꝓcedenti articulo q̃ſtionis dictũ eſt.
Ad primũ. Si aũt accipiant̃ ꝑtes act⁹ penitẽtie tũc iſta tria habẽt diuiſa.⁊ h̃ etiã ibidẽ dictũ eſt.
Ad 2m Ad obiectũ g̃ dóm ꝙ nõ eſt niſi vnũ in cõi:ſ3 in pticulari in h̃ ⁊ in alijs ſacr̃is ſũt pl'a:ſicut pt3 in eucbariſtia vbi ſũt ſigna ſpẽs panis ⁊ vini. Ad aliũ dóm ꝙ mgr̃ nõ tãgit iſta niſi ſm ꝙ ſunt totius pnie in cõi.

Arti. VIII. H An ſacramẽtũ pnie ſit vnũ vel plura.

Arg. primo Quarto q̃rit̃ vtrũ iſtud ſacrm̃ ſit vnũ vel pl'a. Videt̃ aũt ꝙ vnũ: q2 nõ ſunt niſi ſeptẽ ſacra no.le.⁊ iſtud eſt vnũ illoꝝ:g̃ eſt vnũ: ſi eñ daret̃ ꝙ eſſent pl'a ſeq̃ret̃ ꝙ pl'a ꝙ̃ ſeptẽ eſſent ſacra no. le.
2o Adhuc duo ſunt genera peccatoꝝ.ſ.oꝛiginale ⁊ actuale ⁊ vnũ ſacrm̃.ſ.baptiſm⁹ oꝛdinat̃ ꝯtra oꝛiginale:g̃ ⁊ vnũ ꝯtra actuale:ſ3 h̃ eſt pnia:g̃ videt̃ ꝙ penitẽtia nõ ſit niſi vnũ ſacrm̃. In ꝯtrariũ hui⁹ obijcit̃:q2 vbi ſũt pl'a ſigna ⁊ plura ſignata ibi ſunt plura ſacra.
Solo R̃ſio dóm ꝙ fere totũ pat3 ꝑ ante dicta ſacrm̃ eñ penitẽtie eſt vnicũ ſacramentũ:⁊ ſic dictũ eſt ſup diſt.xv. Res eius eſt vnica.ſ.deletio toti⁹ peccati actualis ĩ culpa ⁊ pena:⁊ ad hãc deletionẽ oꝛdinatim veniũt tres ꝑtes ſicut medicĩe ſꝛ tres receptiones ſigillati ⁊ oꝛdinati operãtes.
Ad argum. Ad argumẽtũ g̃ dóm ꝙ vna res ẽ in cõi ⁊ vnũ ſignũ ⁊ cã ⁊ tñ nõ ſeq̃t ſi pl'a eſſent q̃ ſũt ſigna tm̃ ꝙ eſſent pl'a ſacra:⁊ iſtãtia eſt in eucbariſtia in q̃ ſũt pl'a ſigna nec tñ pl'a ſacra:⁊ hec eſt cã:q2 ſacrm̃ ꝯtrahit vnitatẽ a re ⁊ pcipue ab eo qd̃ eſt res ⁊ ſignũ:⁊ h̃ vnũ ẽ in eucbariſtia. ⁊ hec cã ꝓpter q̃d ĩ talib⁹ eſt:q2 vnũ ⁊ idẽ ſignabile eſt ſignis diuerſis:⁊ iõ diuerſitas ſignoꝝ nõ facit vnitatẽ vel diuerſitatem rerum.

Arti. IX. I Qualiter ſacramẽtũ pnie ſit vnum.

Arg. pmo Quinto q̃rit̃ q̃l'r ſit vnũ.Dicit̃ eñ vnũ multis modis vt diſtinguũt diuerſi autoꝛes:eſt vnũ ſubſtãtiale triũ ꝑſonaꝝ in vna ſubſtãtia diuina dignatio vna ⁊ vna ꝑſona natiua in qua hõ ſctũs et deus vn⁹ ſpũs ſunt ꝓter has eſt aggregatiua vt aceruus lapidũ ⁊ cõſtitutiua vt mẽbꝛa coꝛp⁹ vnũ conſtituũt ⁊ natura vt coꝛpus ⁊ aĩa natural'r vnũ ꝑficiũt hoĩem.⁊ cõiugatiua q̃ vir ⁊ mulier ſunt vna caro.videt̃ aũt ꝙ nullo hoꝝ modoꝝ ſit ſacrm̃ vnũ.Et patet ꝑ ſingulas vnitates defacili deducẽti
2o Adhuc Dionyſius ml'tos ponit modos vni⁹ dicẽs:ꝙ q̃ ſũt multa effectib⁹ ſunt vnũ cã:⁊ q̃ multa numero/ſunt vnũ ſpecie:⁊ que multa ſpecie ſũt vnũ genere:⁊ q̃ ml'ta ꝓceſſib⁹ ſunt vnũ pmo q̃l'r g̃ dicet̃ h̃ ſacrm̃ vnũ.
Solutio ad totum. Reſponſio determinatio iſti⁹ q̃ſtiõis multũ pendet ex dictis in.xv.diſt.circa pncipiũ:dico tñ ꝙ eſt vnũ vnitate natiua in diuiſiõe Bernardi q̃ ẽ ex materia ⁊ foꝛma:oẽ eñ qd̃ eſt ex foꝛma ⁊ materia reducit̃ ad vnitatẽ natiuã in diuiſiõe illa:foꝛma aũt eſt gr̃a ⁊ materia doloꝛ cũ ſignis ſuis exterioꝛib⁹ manifeſtabilis v'l manifeſtat⁹.et ſic pat3 ſolutio.Et nota ꝙ quidã dixerunt ꝙ ſit hec ſpecialis vnitas q̃ dicit̃ ſacr̃i ⁊ hũc modũ vnitatis ponit Boetius in li.de vnitate ⁊ vno:ſ3 ille modus ad vnitatẽ natiuã habet reduci ſm diuiſionẽ bernardi. Nota etiã q̃ndã vnitatẽ eſſe pncipij ſm diuiſionẽ Dionyſij ⁊ hoc nihil eſt:q2 pncipiũ vocat̃ ibi a q̃ ml'ta ꝓcedũt nõ ꝑ modũ vnũ.Et ẽ ſm aliquẽ modũ ꝑ p⁹ ⁊ poſteri⁹ ĩ aliq̃ illoꝝ ſic ab ente ꝓcedũt gñã gñaliſſima:ſ3 poſt h̃ ĩ diuiſiõe ipm ẽ ſpẽ vnũ eo mõ q̃ ipa ſpẽs ꝯſtãs ex maťia ⁊ foꝛma dr̃ ſpẽ vnũ.

Arti. X. K An ſacramẽtũ pnie indiguit inſtitutione.

Deinde q̃rit̃ de h̃ qd̃ dicit ibi Sacrm̃ vo iſtud ⁊ ſacrm̃ cõiugij ⁊c̃.] ſ.a. Et q̃runt̃ q̃nq3 circa inſtitutionẽ. Primũ eſt an idigebat inſtitutione.ſcd̃m vtrũ añ pctm̃ fuit iſtitutũ ſicut dicit mgr̃ in lr̃a.tertiũ vtrũ tpe legis nature ſit inſtitutũ ⁊ q̃l'r ſit.q̃rtũ q̃l'r tpe legis moſaice.q̃ntũ ⁊ vltimũ q̃liter tpe legis xp̃i.
Arguit̃ po Ad pmũ hoꝝ ꝓcedit̃ ſic:nullũ hoꝝ q̃ dictat natura hoĩ indiget inſtitutiõe ſ3 pniam neceſſariũ eſſe poſt pctm̃ ꝑpetratũ dictat natura hoĩ:g̃ penitẽtia nõ indiget iſtitutiõe.
2o Adhuc magr̃ Hugo dicit ꝙ ſacrm̃ eſt ex iſtitutõe ſignificãs ex h̃ accipit̃ ꝙ ſi nõ eſſet iſtitutio nec ſignificaret nec obligaret per modũ ſacramẽti.Inde ꝓcedo ſic:oẽ qd̃ eq̃liter obligat ad ſatiſfaciẽdũ facta iſtitutiõe ⁊ ñ facta nõ ẽ iſtitutũ ꝑ modũ ſacr̃i:ſed pnia hoc modo eq̃liter obligat:g̃ pnia nõ eſt iſtituta ꝑ modũ ſacr̃i.ꝓbatio medie ſic ſit ꝙ non inſtituat̃ adhuc ipa neceſſaria eſt peccãti volẽti ſatiſfacere:ſic aũt nõ eſt de baptiſmo ⁊ alijs:ergo ꝯſtat ꝓpoſitũ. 3o
Adhuc iſtitutũ ꝑ modũ ſacr̃i ñ efficit̃ cauſãs niſi a v̄tute iſtituẽtis ⁊ foꝛme:ſ3 pnia nõ h3 ſic cauſationẽ ſuã:g̃ nõ ẽ iſtituta ſicut ſacrm̃. 4o
Pꝛobatio minoꝛis pnia eñ ſi nõ ſit iſtituta adhuc mouebit in pcti deſtructionẽ ⁊ ſic ꝯſtat ꝓpoſitũ.
In ꝯ̃riũ po In ꝯ̃riũ hui⁹ eſt definitio ſacr̃i quã ponit mgr̃ Hugo ꝙ ẽ ex iſtitutiõe ſignificãs:g̃ videt̃ ꝙ oẽ ſacrm̃ h3 iſtitutionẽ. Ad idẽ eſt illud qd̃ dr̃ in lr̃a.
Solo. Solo dóm ꝙ aliud eſt de pnia ſm ꝙ eſt virtus ⁊ aliud de penitentia ſm ꝙ eſt ſacramentũ.virtus eñ nõ habet inſtitutionẽ:ſed eſt de dictac̃a natura:ſ3 ad ſacrm̃ exigit̃ iſtitutio: q2 oẽ ſacrm̃ exiſtit ĩ ritu q̃dã exterioꝛi ſibi eſſentiali q̃ ritus eſt ĩ diſpẽſatõe miſtroꝝ iõ nõ videt̃ ꝯcedẽdũ ꝙ ſacrm̃ vt ſacrm̃ dicet̃ a natura ſ3 poti⁹ ſacrm̃ vt ẽ v̄tus vel pnia ẽ v̄t⁹.
Ad obiecta ſimul. Ad pmũ g̃ dóm ꝙ nõ dictat rõ pnia3 ẽẽ neceſſariã vt ẽ ſacrm̃ qd̃ eſt cũ aliq̃ moꝛbi ↄ̃fiſſione cũ ſigno clauiũ vel cũ clauib⁹ ymo ſi nõ eſſet iſtitutio ſine tali pnia poſſet ẽẽ ſal⁹. Per h̃ etiã patet ſolutio ad duo ſequẽtia ⁊ ad totũ de hoc articulo queſitũ.

Arti.XI. **An ſacramentū penitētie ſit inſtitutū an-**
L **te ſtatum peccati.**

Ecūdo querit̄ vtrū inſtitutū fuit hoc ſacr̄m
Argu.ꝑmo ſ ante pctm̄.videt̄ aūt ꝙ ſic:q̄ꝛ dicit mgr̄ in lr̄a
ꝙ ſic. Adhuc cū dn̄s dixit:Quacūq; die comederi
2o tis morte moriemini ⁊c̄.conſtat ꝙ intellexit de mor
te pnīe:q̄ꝛ de morte corpis non fuit verū ⁊ hoc dixit
Arg.ꝑmo. ante pctm̄:ḡ pnīaꝫ inſtituit ante pctm̄. Jn ꝯtrariū
ꝙ non huius obijcit̄ ſic:penitētia nō eſt niſi pctī p̄cedētis:ḡ
p̄nūciatio pnīe p̄nunciat pctm̄ futurū:ſed p̄nūcians
pctm̄ futurū anteq̄ꝫ ſit reuelat hoī ſuū caſum futurū
qḋ fieri nō debuit vt ꝓbat Aug⁹.ḡ ⁊ pnīa ante pctm̄
2o inſtitui nō debuit. Adhuc cauſa neceſſario p̄cedit
ſuū cauſatū:ſed lapſus eſt cauſa inſtitutionis pnīe:ḡ
lapſus fuit ante inſtitutionē:ḡ videt̄ ꝙ ante pctm̄ nō
Solo debuit inſtitui pnīa. Rn̄deo cū mgr̄o ꝙ penitētia
ſm̄ ꝙ eſt in remediū caſus inſtituta fuit ante peccatū
q̄ꝛ cū dn̄s ꝓnus ſit ad miſerādū ꝑus adhibuit reme-
diū q̄ꝫ culpa admitteret̄:vt in culpā incidēs īueniret
Ad primū ſtatī remediū paratū. Ad obiectū ꝯ dōm ꝙ nō ex h̄
in ꝯtrariū. reuelauit:q̄ꝛ nō ſequit̄ ꝙ aliq̄s peccabit ex hoc ꝙ pec
cata pnīa indigēt:nō em̄ ex cōditionali pōt īferri an-
tecedēs:ſed verꝫ eſt ꝙ ſciuit ſe adam eſſe poſſibilem ad
peccandū ⁊ ſi peccaret ꝙ remedio indigeret.Et ſic pꝫ
Ad 2m ſolutio ad primū. Ad aliud dōm ꝙ lapſus eſt cau-
ſa inſtitutiōis:ſed nō oportet ꝙ ſit in actu:ſed ſufficit
ꝙ ſit in poſſibilitate ſicut ſapiēs medicus parat me-
dicinā morbo quē poſſibile eſt ſurgere.

Arti.XII. **An ſacramentū penitentie ſit inſtitutum**
M **in lege nature.**

Ertio querit̄ de inſtitutiōe ei⁹ in lege nature
Arg.ꝑmo. t Dicit em̄ mgr̄ Hugo de ſctō vic.ꝙ ē tp̄s iſti
tutiōis ſacroꝝ q̄ꝫdiu morbꝰ ē:ſꝫ q̄ꝫdiu morbꝰ
eſt:ē tp̄s medicie:ſꝫ morbꝰ fuit ī lege nature:ḡ ⁊ medi
cīa:morbꝰ aūt actual' fuit ī lege nature:ḡ ⁊ pnīa q̄ ei⁹
2o medicia eſt. Adhuc ī lr̄a dr̄ ꝙ a p̄mordio generꝭ hūa
ni fuit:ḡ videt̄ ꝙ fuit tpe legis nature:q̄ꝛ nulla lex fu
3o it a p̄mordio generis hūani niſi tm̄ lex nature. Ad
huc ſup illō Gen̄.3.Adā vbi es?dic̄ glo.dū vocat no
tat ꝙ ad pnīam reuocat:ḡ pnīa tunc inſtituta fuit.
4o Adhuc pnīe ſacr̄m habet partes:ꝯtritionē cōfeſſi
onē ⁊ ſatiſfactionē/hec oīa fuerūt in lege nature:ḡ ⁊
ſacr̄m pnīe.Probatio adā ꝯtrit⁹ ē:q̄ꝛ doluit de pec
cato:ꝯfeſſus eſt qn̄ dixit mulier quā dediſti mihi ſo-
ciam ⁊c̄.pnīam a dn̄o accepit qn̄ dixit ei:Jn ſudo-
re vult⁹ tui ⁊c̄.Et eue:multiplicabo erūpnas tuas
Jn ꝯtrariū ⁊c̄. Jn ꝯtrariū hui⁹ obijcit̄:q̄ꝛ Hugo enumerans
ſacr̄a legis nature dicit eē decimatiōes ſacrificia ob-
latiōes ⁊ hoꝝ nullū ē pnīe ſacr̄m:ḡ videt̄ ꝙ pnīa nō
2o fuerit ſacr̄ꝫ le.natural' Adhuc Hug.ſacr̄a legꝭ natu
re n̄ ex p̄cepto īducta videt̄:q̄ꝛ ex ꝯſilio ad votū ꝓpo-
ſita ſꝫ ꝯſtat ꝙ ex p̄cepto q̄libꝫ ad pnīaꝫ obligat̄:ḡ nō
Solutio eſt ſacr̄m legꝭ nature. Ad hoc dōm ꝙ h̄ ſacr̄m q̄ndā
īſtitutionē habuit ī lege nature.Et ꝯtritio q̄dē īſtitu
ta eſt qn̄ dixit:adā vbi es?vn̄ glo.exponit.vide in q̄
miſeria es.i.recognoſce ⁊ ꝯfitere pctm̄ tuū:ſed ſatiſfa
ctio in hoc q̄dē Jn ſudore vult⁹ tui tn̄ hec ſuffecerūt
in lege nature:q̄ꝛ adhuc nō oꝑtuit recognoſcere pec-
catū corā hoīe ⁊ ab ipſo expectare pnīam iniunctā.
Ad primū Dicendū ḡ ad primū ꝙ mgr̄ Hugo nō enumerat
in ꝯtrariū ſacramēta niſi ip̄a ſigna futuri liberatoris ⁊ liberatio
nis ꝑ xp̄m que nullā gr̄am ex oꝑe oꝑato contulerūt.
pnīa aūt ſemꝑ ꝯtulit gr̄am aliquā licꝫ nō plene ſicut
in no.teſta.facit. Ad aliud dōm ꝙ hoc dictū Hu- Ad 2m
gonis intelligit̄ de hijs q̄ ſigna erāt tm̄ ſm̄ illā diffi-
nitionē ꝙ ſacr̄m eſt ſacre rei ſignū tm̄ eodem mō quo
oīa ſigna patrū liberatorē futurū eſſe loquūtur.

**Qualiter ſacramentū penitētie fuit inſti-** Arti.XIII.
**tutū tpe legis moyſaice.** N

Uarto querit̄ de īſtitutiōe pnīe ī lege moyſi.
q videt̄ em̄ tūc fuiſſe iterꝫ inſtituta ſicut pꝫ Le Arg.ꝑmo.
uit̄.ca.2.et.3.vbi dicit̄ q̄d offerendū ꝓ pctō
aīe p̄ncipis ⁊ ſynagoge cū igit̄ pnīe taxate ſint ī le.ve
teri ꝓ pctīs.videt̄ ꝙ inſtituta ſit ibi ſpēal'r penitētia.
Adhuc de pnīa videt̄ dici in Prouerb.24.Qui 2o
abſcōdit ſcelera ſua nō diriget̄:q̄ autē ꝯfeſſus fuerit
miſericordiā ꝯſequet̄. Jtem de cōtritiōe Johel.2. 3o
Scindite corda vr̄a ⁊ nō veſtimēta veſtra.⁊ in Ps̄.
50.Cor ꝯtritū ⁊ humiliatū ⁊c̄.ḡ videt̄ pnīa tota in-
ſtituta fuiſſe in le.ve. Jn ꝯtrariū hui⁹ obijcit̄ ꝙ pe Jn ꝯtrariū
nitētia eſt ſatiſfactiua ꝑ claues:ḡ ante claues nō fuit
inſtitutio pnīe:ſed claues nō fuerunt in vete.teſta.ḡ
nec penitētie inſtitutio vt videt̄. Solutio dicendū Solo
ꝙ ſm̄ modū quendā inſtituta fuit pnīa in ve.teſta.⁊
hic modus patebit in ſeq̄nti articulo q̄ſtionis. Ad Ad id qḋ ē
argumētū ꝯtra dōm ꝙ nō fuit inſtituta ſm̄ ꝙ eſt di- in ꝯtrariū
miſſa pars pene ex vi clauiū:ſed ſm̄ ꝙ eſt cū gr̄a ⁊ pe-
nitētia exteriori fuit remiſſiua actual' pctī:lex em̄ nō
diminuebat onera ſed poti⁹ augebat ⁊ ſic pꝫ ſol'o.

**Qualiter inſtitutū eſt ſacramentū penitē-** Arti.XIIII.
**tie tempore legis euangelice.** O

Uinto ⁊ vltimo q̄rit̄ de inſtitutiōe ei⁹ in no.
q teſta.videt̄ em̄ ꝙ nō ſit inſtituta in no.teſta. Arg.ꝑmo.
q̄ꝛ oē illud qḋ ante nouū teſtamentū obſerua
tū eſt ſuꝑflue in nouo teſtamēto inſtitueret̄:ſed pnīa
ante nouū teſtamētū inſtituta ⁊ obſeruata eſt:ḡ ſuꝑ-
flue inſtituit eā nouū teſtamētū. Jtē ſi inſtituit vbi 2o
inſtituit.Si dicat̄ Matth.3.Penitentiā agite ⁊c̄.
eadē rōne inſtituit iohānes Matth.3.q̄ ab eadē ſen
tentia incepit p̄dicationē. Si dicat̄ ꝙ Matth.8. Solo
vbi dicit:Oſtendite vos ſacerdotibꝰ ſicut ſup̄ habitū
eſt in diſt.xiiij.Cōtra nec text⁹ ibi exp̄ſſe dicit nec ex Obiectio
ip̄o niſi valde allegorice pōt hr̄i. Adhuc ſi pnīam 3o
ibi inſtituiſſet ꝓut eſt no.teſta.videt̄ ꝙ ſacerdotibus
no.teſta.debuit cōmittere adminiſtrationē:ſed ecō-
tra videt̄ ꝙ miſit ad ſacerdotes ve.teſta.ḡ ibi noluit
īſtituere pnīam ſm̄ ꝙ obſeruari debuit ī nouo teſta.
Adhuc in inſtitutiōe baptiſmi nō miſit ad ſacerdo 4o
tes ve.teſta.ḡ nec in inſtitutiōe penitētie ſm̄ ꝙ eſt no
ui teſtamēti. Si dicat̄ ꝙ Joh.20.inſtituit vbi dixit Solo.
Accipite ſpm̄ ſanctū quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c̄.Cō Obiectio
tra vbi dedit poteſtatē habentibꝰ claues:⁊ hoc eſt ali
ud q̄ꝫ inſtituere penitētiā:ḡ nō inſtituit penitentiā:ḡ
videt̄ ꝙ nihil īſtituit:q̄ꝛ ī ip̄is locꝭ magꝭ īſtituere vide
bat̄ Jn ꝯ̄riū hui⁹ obijcit̄ ſic:legiſlatoris eſt ordina Jn ꝯtrariū
re totā vitā:ſꝫ xp̄s ē legiſlator ḡ ⁊c̄.ſꝫ vite magna ꝑs
eſt ī ſtatu pnīe:ḡ a legiſlatore īſtituēd⁹ eſt mod⁹ pnīe
ḡ a xp̄o inſtituta eſt pnīa:q̄ꝛ ꝓ ꝯſtanti relinq̄tur ꝙ q̄c-
q̄d inſtituēdū erat ad ſalutē h̄ eſt a xp̄o īſtitutū. Ad 2o
huc alia ſacramēta q̄ p̄cedebant alio mō ſicut ordo ⁊
mr̄imoniū a xp̄o nouā acceperunt inſtitutionē:ergo
⁊ penitētia nouā īſtitutionē accipe debuit. Adhuc 3o
talis modus ꝯfeſſiōis ⁊ ſatiſfactiōis ex vi clauiū nū-
q̄ꝫ niſi in noua lege fuit:ergo in noua lege inſtitutus
eſſe videtur. Ad hoc dicendū ꝙ in penitentia ſunt Solo
quattuor.ſ.recognitio neceſſitatis medicine contra

morbū pctī ꝛ recognitio pctī ꝑpetratī cū ꝓpoſito emē dandi ꝛ manifeſtatio pctī ſm genus in ſigno aliq̄ corā hoīe: ꝛ explanatio pctī ꝑ circūſtātias cū fide dimiſſionis pene ex vi clauiū. Et q̄tum ad primū hoꝝ penitētia inſtituta eſt ante pctm̄ q̄tū ad ſecundū in lege nature ꝛ q̄tum ad tertiū in lege ſcripta an̄ gratiā ꝛ q̄tū ad q̄rtū in lege dn̄i. ſ. gratie. Et ſemꝑ ꝑus ꝯtinetur in poſteriori ꝛ poſterius ſicut ꝑfecti⁹ ſe habet ad prius ꝑ additionē ad illud qḋ eſt ꝑus vt patet cuilibꝫ ꝑ ſe. Eſt em̄ recognitio medicine in cognitiōe pctī cū ꝓpoſito emēdandi ꝑ pniam: ſil'r hoīs corā hoīe manifeſtās pctm̄ emendā ꝓmittēs recognoſcit pctm̄ cū ꝓpoſito emēdādi: ſed nō ꝯuertit̄. Et ſil'r declarās peccatū circūſtantijs ꝛ querēs veniā ꝑ claues ꝛ ſatiſfactionē explanat ipm̄ corā hoīe ꝛc̄. ſed nō ꝯuertit̄. Et ꝑ hoc patet q̄liter pnīa diuerſimode ꝯſiderata diuerſas habuit inſtitutiōes.

Ad primū. Ad primū ḡ dōm ꝙ vltimo mō nunq̄ fuit ante inſtituta pnīa nec etiā obſeruata: ꝛ iō neceſſaria fuit inſtitutio.

Ad 2m. Ad aliud dicē dum ꝙ alio mō in oīb⁹ illis locis q̄ tacta ſunt habuit inſtitutionē pnīa. eſt em̄ in pnīa ipe actus doloris voluntarij ꝛ miniſter cui⁹ claues ꝑtem pene diminuūt ꝛ taxant pniam iniunctā ꝛ poteſtas illarū clauiū. Et quo ad primū hoꝝ inſtituta eſt pnīa Matth. 3. quo ad ſcōm Matth. 10. ꝛ quo ad tertium Joh. 20. Et q̄ ad opus miniſtroꝝ adhuc iſtituta eſt Joh. 11. vbi dixit diſcipulis ꝙ ſoluerēt Lazarū ꝛ ſinerent eū abire.

Ad obiectionem. Ad ꝑmū obiectū ꝫ dōm ꝙ iohānis nō erat inſtitutere: ſed viā ꝑparē vn̄ ſua ꝑdicatio erat via ad pniam ꝛ xp̄s ꝑ iſtitutionē dedit pnīe locū: q2 ſicut dꝛ Act. 4 Non eſt aliud nomē ſub celo datū hoīb⁹ in q̄ oporteat nos ſaluari.

Ad 3m ꝛ ad alia ſil'. Ad aliud dōm ꝙ diſcipuli adhuc non erant poſiti in miniſterio ordinis: ſed erāt tm̄ adhuc miniſtroꝝ no. teſta. tipus: ꝛ ideo ad tipicos ſacerdotes miſit innuēs in miniſterio ꝙ veris ſacerdotib⁹ debetur. Et ꝑ hoc ptꝫ ſolutio ad totū. Et hec de penitētie tractatu dicta ſufficiant.

## De ſacrō vnctionis extreme.

Di. XXIII. De vnctionis extreme ſacro.

**Reter premiſſa ē eti**

p am aliud ſacramētū. ſ. vnctio iſirmoꝝ q̄ fit in extremis oleo ꝑ ep̄m

a

b cōſecrato. Et ſunt tria genera vnctiōis. Eſt em̄ vnctio que fit chriſmate: que dicit̄ ꝑncipalis vnctio: q2 in ea principaliter paclytus dat̄. Vn̄ ꝛ ꝓpter abundantiā gratie duos liquores mixtos habet oleū. ſ. ꝛ balſamū: oleum ꝯſciētie: balſamū fame. Chriſma ꝺo grece vnctio latine dicit̄. Nec tn̄ omne oleū ad vnctionē ſanctificatū chriſma vocat̄: ſed il

c lud ſolū qḋ miſcet̄ cum balſamo: quo capita regū ꝛ pontificū vngunt̄: quo etiā baptizatos ſacerdos vngit in vertice ꝛ pontifex per impoſitionē manus cōfirmādos vngit in frōte. Eſt ꝛ alia vnctio qua cathecumini ꝛ neophiti vngūt̄ in pectore ꝛ inter ſcapulas in ꝑ

d ceptione baptiſmi. Tertia vero vnctio eſt q̄ dicit̄ oleum infirmoꝝ de qua nunc agitur.

Arti. I. A An extrema vnctio ſit ſacramentū.

Reter premiſſa eſt etiā aliud ſacramentū ꝛc̄.

p Hic etiā mgr̄ tria tangit circa extremā vnctionē ſcꝫ de eſſentia eius q̄tum ad formam ꝛ materiā ꝛ hoc facit in ꝑmo caplō et de inſtitutione eius ꝛ hoc in ſecundo ꝛ vtrū poteſt iterari vel non: ꝛ hoc in tertio ꝛ in illo tangit duas opiniones vt ptꝫ in lr̄a. ꝛ per hoc patet diuiſio ꝛ cōtinētia lr̄e. De hoc aūt ſacramēto circa principiū diſtinctiōis querūtur quinq̄ ſcꝫ vtrū ſit ſacramentū extrema vnctio ꝛ quid ſit. Tertio de materia ipius. Quarto de forma eius ꝛ quinto de ordine ipius ad alia ſacramēta. Uidetur aūt ꝙ nō ſit ſacrm̄: omne em̄ ſacramētū no. le. ordinat̄ cōtra aliquē morbū peccati ſpecialē: ſed extrema vnctio non ordinat̄ contra morbū ſpecialē: ergo extrema vnctio nō eſt ſacramentū. Probat̄ autē prima ꝑ diſtinctionē gratie in virtutib⁹ ꝛ ſacramētis ꝛ in ꝑncipio iſtius operis probatū eſt. Secūda autem ꝓbat̄: quia morb⁹ nō eſt niſi originale ꝛ actuale mortale ꝛ veniale ꝛ infirmitas relicta ex vtriſq̄: ſed contra originale ſufficienter ordinat̄ baptiſmus: contra mortale actuale penitētia: cōtra iſirmitatē ex vtroq̄ relictā cōfirmatio: ꝓpter qḋ etiā cōfirmatio vocat̄: cōtra multitudinē aūt venialiū eucbariſtia vt multi dicunt: ergo videt̄ ꝙ contra nullū morbū ordinet̄ extrema vnctio. Adhuc omne ſacramentū no. le. aliquo modo ꝑceſſit in figura legis veteris: ſꝫ vnctio extrema nō ꝑceſſit: ergo videtur ꝙ nō ſit ſacramentū. Probat̄ prima inducēdo. ſcōa aūt ꝓbatur ex hoc ꝙ nihil in ve. teſta. fiebat circa infirmos qḋ vnctioni extreme rn̄deret. Adhuc oē ſacramentū le. no. eſt effectiuū gratie ſpūalis: vnctio iſta nō eſt effectiua gratie ſpūalis ſed corpalis: ergo videtur ꝙ nō ſit ſacrm̄ ſed medicina corpalis. Prima patet ex diffinitiōe ſacramenti no. le. in ꝑncipio huius quarti libri poſita. Scōa ſcribit̄ in lr̄a ꝙ valet ad corpis alleuiationē ꝛ ſi valet ad gr̄am vt dicunt multi ꝙ hoc eſt per orationē fidei cōiunctā cū ꝯtritiōe: ꝛ ſic ꝑ ſe nō valet niſi ad corpus. In ꝯtrariū huius eſt ꝙ tota eccl'ia enumerat ſeptē ſacra no. le. ꝛ iſtud ꝓ vno: nō aūt pōt eſſe falſum qḋ tota eccl'ia tenet: ḡ illud eſt ſacrm̄. Adhuc video ꝙ vnū eſt ſacramentū infantiū ſicut baptiſm⁹ eſt iterum vnum ꝓgredientiū ſicut viaticum: ꝛ vnū ſtātiū ſicut ꝯfirmatio: vnū redeuntiū vt pnīa: vnum miniſtrātiū vt ordo: ḡ etiā erit vnū exeuntiū ꝛ h̄ non pōt eē niſi vnctio extrēa: ḡ videt̄ ꝙ ſit ſacrm̄ vl' eccl'ia eſſet diminuta in ſuis ſacris. Adhuc omē illud qḋ gr̄am iuiſibilē ꝯfert rep̄ſentatā in elemēto viſibili eſt ſacrm̄: ſed extrema vnctio eſt aliq̄d tale ergo eſt ſacrm̄. Pria ptꝫ ꝑ h̄ ꝙ cui ꝯuenit diffinitio ꝛ diffinitū. ſcōm aūt ꝑ h̄ qḋ dꝛ Jaco. 5. Ungētes eū oleo ꝛ oratio fidei alleuiabit infirmū ꝛ ſi in pctīs ſit dimittent̄ ei. pctm̄ aūt nō dimittit̄ niſi per gratiā: ergo conſtat ꝓpoſitū.

Reſponſio ꝙ abſq̄ omni dubio eſt ſacramentū extrema vnctio qḋ a dn̄o ꝛ apoſtolis habuit ortum ſue inſtitutionis vt infra patebit. Dicendum ergo ad primū ꝙ illud ſacramentū eſt ordinatū contra morbum ſpecialē peccati cōtra quē nullū aliud ſpecialit̄ ordinat̄ ꝛ ſi ſecūdario aliud poſſit coopari. Eſt aūt ille morb⁹ reliquie infirmitatis ſpūalis ex originali ꝛ actuali remanētis ꝛ hoc multū fuit ſupra diſcuſſum circa principiū vbi accipiebat̄ diuiſio ꝛ neceſſitas ſacramētoꝝ nec eſt veꝝ qḋ dicit ꝙ aliḋ ſacrm̄ ſubſtātialē ordinē habeat ꝯtra vēiale ꝛ hec oīa ſup̄ ꝛ ꝑdicta q̄ſtione reqrant̄: ꝛ ibi ꝑfecta patet ſolutio iſti⁹ q̄ſtiōis.

Arguit̄ ꝑo ꝙ non.

2o

3o

In ꝯtrariū ꝑo

2o

Solo

Ad ꝑmū qḋ ꝑo obijcit̄.

Ad 2m Ad aliud dōm ꝙ iſtud sacr̄m nō habuit aliqd̄ sacr̄m in le. ve. ſibi rn̄dens ꝓpter ſui pfectionē ꝛ le. ve. ipfectionē: ſicut eīm dicit̄ Heb. 7. Neminē ad pfectū adduxit lex. vn̄ in ea decedētes trahebant̄ ad limbū. vnctio aūt ꝓpter hoc ꝙ tollit reliq̄as valet ad imediatā euolationē: ꝛ iō nō habuit locū in vete. teſta. nec figura ei⁹. Hoc aūt optīe in euāgelio Nicodemi vbi innuitur ꝙ adā miſit filiū ſuā ſeth ad accipiendū ab angelo padiſi oleū miſcōie q̄ vngeret̄ corpus ſuū qd̄ ifirmabat̄ ꝛ negatū fuit ei donec veniret xp̄s q̄ ſua vnctiōe corpa ꝛ aīas reficeret: q2 talis vnctio nō habet locū niſi in gr̄a plena q̄ facta eſt p xp̄m: ꝛ iō etiā tipo nullo oñdi poterat: q2 tipus talis circa infirmos oīno inutilis fuiſſet.

Ad 3m. Ad aliud dicendū ꝙ falſum ſupponit̄ in obiectiōe ꝛ puto ꝙ pſumptio eſt dicere ꝙ iſtud sacramentū nō ꝯferat gratiā gratū facientē iuiſibilē ꝛ tn̄ hoc q̄dam dixerūt ꝛ ſcripſerūt nulla fulti autoritate nec etiā rōne forti. vn̄ dicimus ꝙ ꝯfert gratiā pncipaliter ꝯtra pctm̄ operantē: ꝛ ſecūdario ꝯtra infirmitatē corpis nec ipoꝛtat̄ ex v̄bis Jacobi ꝙ ex oꝛōne ꝛ nō ex vnctiōe det̄ gr̄a ſed potius ex verbis illis innuitur ꝙ detur ex ambob᷒.

## Arti. II. B An vnctio extrema ſit bene definita.

Secūdo querit̄ q̄d ſit vnctio extrema: Dicunt aūt q̄dā ꝙ extrema vnctio eſt vnctio oleo ſctificato facta ad alleuiationē vtriuſq3 infirmi-

Argu. pmo tatis ſc3 corpis ꝛ aīe. Sed videt̄ ꝙ hec definitio nō valet: q2 ſi aliq̄d cōe eſt definito ꝛ diffinitiōi reſiduū qd̄ addit̄ totū eſt diffinitio reſidui: ſicut ſi dicam hō alb᷒ ē hō coloꝛat⁹ diſgregatiu⁹ viſus h̄ qd̄ dico coloꝛat⁹ ꝛc̄. totū ē diffinitio albi ſil'r cū dr̄ Unctio extrema ē vnctio oleo ſctificato facta ꝛc̄. videt̄ ꝙ totū h̄ ꝙ dico vnctio ꝛc̄. ſit definitio extrēi qd̄ falſū ē: g̃ videt̄ ꝙ definitio nihil val3.

2o Adhuc oleo ſctificato fit vnctio pueroꝝ ꝛ ſacerdotū ꝛ regū vt dr̄ ī lr̄a ad alleuiationē corpis ꝛ aīe: q2 corpus vngit̄ vt nō impediat aīam ꝛ ita vt debilitet̄ virtus demonis in fomite: g̃ videt̄ ꝙ

3o iſta diffinitio multis ꝯueniat vnctionib᷒. Adhuc vnctiōes multe legunt̄ facte a ſctis ſicut de btā genoueſa legit̄ ꝙ vnxit oleo infirmos ꝛ ſctificato ꝛ benedicto ꝛ ꝯualuerūt in corpe ꝛ aīa: g̃ videt̄ ꝙ illa fuit vn-

4o ctio extrēa. Adhuc nullū ē sacr̄m qd̄ ſit eq̄lit̄ duoꝝ effectuū: g̃ male ponit̄ ī diffinitiōe ad alleuiationē in-

5o firmitatis vtriuſq3 ꝛc̄. Adhuc ſicut ſe h3 medicina ſpūalis ad moꝛbū ſpūalē ſic ſe habet coꝛpalis ad coꝛpalē: ſed medicina coꝛpalis nō valet niſi ad alleuiationē corpoꝝ: g̃ medicina ſpūalis nō valet niſi ad alleuiationē ſpūs: ſed omne sacramentū eſt medicina ſpiritualis: ergo nō valet niſi ad alleuiationē aīe: ergo

6o male dicit̄ ad alleuiationē vtriuſq3 ifirmitat̄. Adhuc baptiſmus foꝛtius eſt sacr̄m q̄3 extrema vnctio ꝛ nō valet ad curationē infirmitatis coꝛpalis ergo videt̄ ꝙ nec extrema vnctio q̄ eſt minus efficax sacr̄m ꝛ ſic itēꝝ videt̄ ꝙ male dicit̄ ad alleuiationē infirmita-

Solo. tis vtriuſq3. R̄nſio ſi quis totū eē extreme vnctio-

Ad pmū. nis dicere vellet poſſ3 ita diffinire ꝙ extrema vnctio eſt sacr̄m ex vnctiōe p oleū ſctificatū facta ꝯferēs ifirmis remediū ꝯtra pcti reliquias ꝛ ſi expedit alleuiationē ferens corpis infirmitati. Et hec diffinitio plane colligitur ex hijs que magiſter determinat in lr̄a.

Si quis tamen vellet ſuſtinere prius inductā propter antiquitatē poſſet dicere ad pmū ꝙ in definito ponitur vnctio extrema pro nomie vno diffiniti: qd̄ quia nō habemus circūloquimur p duo ꝛ vnctio q̄ ponit̄ in diffinitione ſonat in actum vl' paſſionē que eſt in ſuſcipiēte ipm sacramentū ꝛ hoc bene poteſt fieri ꝙ sacramentū diffiniat̄ per ſuū actū ſicut baptiſmus eſt intinctio in aqua facta ꝛc̄. Et per hoc patet ſolutio ad pmū ꝙ non eſt idem in diffinitione ꝛ diffinito.

Ad aliud dicendū ꝙ intelligit̄ de oleo ſanctificato ſctificatione materie sacramētalis: hec autem ſctificatio nō fit niſi ab epo. Et per hoc patet ſolutio. Ad 2m

Ad boc qd̄ obijcitur de vnctiōe ſanctoꝝ ſicut ſctē genoueſe ꝛ alioꝝ quoꝝundā in vitaſpatrū p hoc autē qd̄ additur ad alleuiationē vtriuſq3 infirmitatis ꝛc̄. diſtinguit̄ ab vnctionib᷒ pueroꝝ in cathecismo ꝛ vnctionib᷒ alioꝝ qui vngunt̄ nō ꝓpter ifirmitatē ſ3 vt foꝛtes ſint ad opera. Ad 3m

Ad id autē qd̄ obijcit̄ de duobus effectib᷒ dicendū ꝙ illud sacramentū nō eſt niſi vnius effect⁹ ſm ſe. ſ. alleuiatiōis aīe q̄ntū ad purgationē reliquiarū ꝛ alterius eſt ſecūdario vt prius dictum eſt: ꝛ hoc bene cōpetit: quia etiam baptiſm⁹ aliq̄l'r purgat coꝛp⁹: ſ3 pncipal'r aīam: alia tn̄ ſolutio ꝛ queſtio erit ſup h̄ infra vbi ſuo loco melius diſcutiet̄. Ad 4m

Ad aliud dicēdū ꝙ nō eſt ſimile de coꝛpoꝛalib᷒ ad ſpūalia ꝛ ſpūalibus ad coꝛpalia: quia ſpiritus continet coꝛpoꝛa: ſed nō cōuertit̄: ꝛ ideo quedā infirmitates cauſant̄ in coꝛpe ex anima ſicut ex cauſa ꝛ non ecōuerſo niſi per occaſionē: ꝛ ideo valentia contra infirmitatē anime/ valent per ꝯſequēs ꝯtra moꝛbū coꝛporis: quia pꝛeſciſa cauſa pꝛeſcidit̄ effectus: ſed nō ecōuerſo ꝛ ideo nō valet argumentū ꝛ pꝛecipue in iſto sacramēto: quia tunc maxime valet contra moꝛbū coꝛpoꝛis quando iſte moꝛbus cauſatur ex moꝛbo mentis: ꝛ ſic bene poteſt vna medicina oꝛdinari cōtra duos moꝛbos q̄ꝝ vn⁹ eſt cauſa alteri⁹. Ad 5m

Ad aliud dicendū ꝙ non eſt ex efficacia vel foꝛtitudine huius sacramēti ꝙ ſic vel ſic valeat: ſed ex inſtitutione ꝛ oꝛdine coꝛpoꝛaliū ad ſpūalia: ꝛ ideo nihil valet argumētum qd̄ fit ex efficacia baptiſmi. Ad. 6m

## An oleum conſecratū ab epiſcopo ſit materia sacramēti extreme vnctionis. Arti. III. C

Tertio querit̄ de materia hui⁹ sacramēti ꝛ dicit magiſter in lr̄a ꝙ eſt oleū ab epo ꝯſecratū ad vſum iſti⁹ sacramēti. vn̄ hic querūtur duo ſc3 vtrū oleū ſit materia. ꝛ ſecūdo vtrū neceſſe ſit oleū ꝯſecratū eſſe materiā. Videt̄ em̄ ꝙ nō debeat materia eius eſſe oleum: quia cum iſtud sacr̄m ſit ſignū delibutiōis gloꝛie poſt reſurrectionē: ſed chꝛiſma cōfert icoꝛruptionē: g̃ videt̄ ꝙ congruētioꝛ materia ſit chꝛiſma q̄3 oleū. Arguit̄ pō ꝙ non.

Adhuc in ſuo noīe ſonat vnctionē vt dicit̄ in lr̄a: g̃ videt̄ ꝙ ꝯuenētiſſima materia ſit extreme vnctiōis: g̃ videt̄ ꝙ chꝛiſma poti⁹ ōberet eē materia q̄3 oleū. 2o

Adhuc videt̄ ꝙ nec oleū nec chꝛiſma debeat eē materia: q2 ī sacr̄o bapptiſmi ꝓ cā aſſignat̄ ꝙ h3 materiā cōmunē q̄ vbiq3 iueit̄: q2 ē oīm general'r g̃ etiā cū extrēa vnctio ſit oīm general'r: materiā d3 hr̄e q̄ vbiq3 poſſit iueniri: hec aūt nō eſt oleū ſ3 aq̄: g̃ videt̄ ꝙ aq̄ deberet eſſe materia. 3o

Adhuc nulli ita frequēter ſūt ī piculo ſicut ifirmi cū g̃ debeat eis ꝓuideri de veloci remedio debuit eſſe aliq̄ materia huius sacr̄i q̄ ſtatim poſſet ad manū hr̄i: h̄ aūt nō eſt oleū oliue: g̃ videt̄ ꝙ nō deberet mat̄ia ei⁹ eē oleū. 4o

Adhuc in ve. teſt. cura ifirmitat̄ facta ē p cathaplaſmationē ficoꝝ: cū ergo ea q̄ ſunt in no. teſta. debeāt rn̄dere eis q̄ ſūt ī ve. teſt. q̄ntum pn̄t: videt̄ ꝙ materia iſti⁹ sacr̄i q̄ eſt medicina infirmoꝝum hoc quidem debuit habere 5o

ꝑ materia in genere vel in ſpecie ſicut ſacrm̄ euchari-
ſtie ſanguinē habet ī re ꝛ ſacro ꝛ in ſanguīe ſacrificio-
rū ſignificabaṫ ſil'r ſacrm̄ baptiſmi in aq̄ fit ꝛ in aq̄ ſi-
gnificabaṫ vt dicit Dam̄. ḡ videṫ ꝙ iſtud aliquid ſil'e
ſicub̄ hr̄e deberet qđ in illis ī vete. teſt. ſignificabaṫ.

Queſtiūcl'a Adhuc vlterius q̄riṫ ad q̄d opteat materiā hui⁹ ſa-
Arg. p̄mo. cramēti eſſe oleū ſctificatū. Et videṫ ꝙ nō ſuperfluit
q2 nullū ſacrm̄ duas habere debet ſctificatiōes/ vnā
ſup materiā ꝛ alterā ſup formam: eo ꝙ vna ſctificatio
ſufficiat: ḡ nec iſtud: ḡ ſupfluit ſctificatio q̄ fit ſup ma
teriā. Probatio p̄me in naturis ſufficit vna forma ꝛ
nunq̄ȝ due forme ſubſtātiales imp̄mūṫ vni materie:
ſed cōpletiora ſūt ſpūalia naturalib̄: ḡ in ſpūalib̄ de
2º bet ſufficere vna. Adhuc in maximis oīm ſacroꝝ
ſufficit materia cōis nō ſctificata ſicut in baptiſmo et
eucharíſtia: ḡ videṫ ꝙ multo magis in alijs debeat
ſufficere. Adhuc materia nō ſctificata cōius pōt ha
beri q̄ȝ ſctificata: qđ autē cōius haberi pōt magis eſt
idoneū vtentib̄ ſacro: ḡ videṫ ꝙ oleū nō ſctificatū de
3º beat eſſe materia. Adhuc in ſacro ſm̄ Hugonē nō
ſam in agro vel quolibet loco oppreſſerit vl'
b abduxerit in domũ ſuã moriatur: quia vxo-
rem proximi ſui violauit: non que iam vxor
erat: ſꝫ que a parẽtibus vxor fieri debebat.

Ex his colligit̃ ꝙ ſponſe q̃dã coniuges ſunt
ante cõmixtionẽ ſexuũ. Sed forte illud mo-
uet qd̃ in fine capituli dicitur: nõ que iã vxor
erat: ſed que vxor fieri debebat. Quod non
ita intelligi debet quaſi vxor vere nõ fuerit:
ex quo pactio cõiugalis interceſſit: ſed quia
nondũ traducta fuerat: nec res vxoria inter
ceſſerat. ſ. concubitꝰ coniugalis.

An definitio ſponſaliũ bñ ſit aſſignata. Arti. XII.
N
Einde querit̃ de hoc qd̃ dicit ibi [His itaqꝫ
d reſpõdemꝰ ⁊c̃. Querit̃ eñ hic que ſint ſpon-
ſalia / quoꝝ ſint / cuius ſint effectꝰ / quibꝫ mo
dis cõtrahãtur / ⁊ quibus modis dirimãtur. Ad Arguit̃ p̃o
primũ accipiat̃ diffinitio ſpõſaliũ a iuriſperitis que
eſt hec: Sponſalia ſunt futurarũ nuptiarũ ꝓmiſſio:
⁊ hec diffinitio trahit̃ a verbis Nicolai pape. xxx. q.
v. ca. noſtrates. ⁊ infra. Si eñ poſt ſpõſalia que fu-
turarũ nuptiarũ ſunt promiſſio / federa quoqꝫ cõſen
ſu eorũ qui hoc contrahũt / ⁊ horũ in quorũ poteſtate
ſunt celebrãtur ⁊c̃. Itẽ ratiõe probat̃: quia ſpõſa- 2o
lia a verbo ſpõdendi deriuat̃: ſed ſpõdere reſpicit fu-
turũ: ergo ſpõſalia ſunt nuptie promiſſe in futurũ.
In contrariũ huius obijcit̃ qd̃ incertũ eſt certitu- In ꝯriũ p̃o
dinaliter promitti nõ poteſt: copula autẽ futura eſt
incerta: ergo videt̃ ꝙ promitti nõ poteſt ſine cõditio-
ne: ergo ſpõſalia nũꝙ̃ abſolute contrahuntur / quod
falſum ẽ: ḡ ⁊ h̃ falſũ eſt ꝙ ſpõſalia ſunt futurarũ nu-
ptiarũ promiſſio. Itẽ Jacobi. 4. Que eſt vita no- 2o
ſtra: vapor ad modicũ parẽs: ⁊ deinceps extermina
bitur pro eo vt dicatur: Si vixerimꝰ ⁊ ſi dñs volue-
rit faciemus: hic autẽ illud igit̃ videt̃ ꝙ ꝓpter vite in
certitudinẽ ſponſio talis nõ ſit ſimpliciter facienda.
Itẽ in alijs rebus ſponſio facta ⁊ firmata obligat 3o
ad ſoluendũ / ita ꝙ cõpellit̃ ad ſolutionẽ: ⁊ ſi alij po-
ſtea oppoſitã fecerit ſponſionẽ: ergo multomagis in
iſta: ſic etiã eſt faciendũ: ergo quicquid promittatur
poſt ſpõſalia alij viro: videtur ꝙ cõpellitur ad hoc ꝙ
cõtrahat matrimoniũ cũ illo primo: ergo etiã ſi con-
trahat cũ alio per verba de preſenti: videt̃ ꝙ tenetur
redire ad eũ cui primo ſpopõdit. Itẽ aut ei cui pro 4o
mittũtur ſpõſalia aliqd̃ iuris acquirit̃ in puella / aut
nihil. Si ſic ergo cũ ipẽ nullo ſuo peccato id ꝑdit de-
bet in omni ſtatu puella cõpelli vt h̃ ſoluat: ergo etiã
ſi cõtrahat cũ alio / adhuc debet cõpelli vt ſoluat pri
mo qd̃ falſum eſt: ergo ſpõſalia nõ ꝓmiſſio ſunt ⁊c̃.
Si autẽ nihil iuris ei acquirit̃: ergo ſibi nullo mo-
do cõiungit̃ vel vnit̃: ergo nulla ratiõe prohibet̃ ab
acceptione ſue cõſanguinee qd̃ iterũ falſum eſt: ergo 5o
diffinitio nulla / ex qua ſequitur iſtud. Itẽ nuptie
future / aut ad determinatũ tempꝰ ſunt future / aut
ad indeterminatũ. Si ad determinatũ ſunt videt̃ ꝙ
tẽpus eſſet apponendũ in diffinitiõe / ſicut ſolet fie-
ri in alijs cõtractibus venditiõis ⁊ emptiõis ⁊ non
apponitur: ergo diffinitio diminuta eſt. Si autẽ ꝓ-
miſſio fit ad tẽpꝰ indeterminatũ: ergo videt̃ ꝙ nũꝙ̃
aliquo tẽpore determinato ſoluere tenet̃: ⁊ ita ſi ad
annos pubertatis venerit nõ poteſt cõpelli ad ſolu
tionẽ promiſſi qd̃ falſum eſt: ergo videt̃ ꝙ diffinitio
ſit incõueniẽs. Reſpõſio dicẽdũ ꝙ diffinitio Ni- Solo
colai pape couẽniẽs eſt: hoc eñ quod dicit promiſſio
eſt vt genus: hoc autem quod dicit futurarũ exclu-
ditur matrimoniũ qd̃ ꝯtrahit̃ per verba de p̃ſenti: h̃

autẽ ꝙ dicit nuptiarũ facit differre ab aliis promiſſionibus: nõ in quibus ſibi homines cõmunicant.

Ad primũ. Dicendũ ergo ad primũ ꝙ in ꝓmiſſione intelligit̃ id qḋ facit neceſſitas: qꝛ dicit Hierõ. ꝙ maledict⁹ eſt q̃ dicit deũ requirere impoſſibilia: ⁊ de⁹ ſi impoſſibilia nõ reqrit etiã homo nõ debet ea reqrere: qꝛ ſi moriatur tũc p ipſam impoſſibilitatẽ ſoluẽdi abſoluit̃.

Ad ſecũdũ. Ad aliud dicendũ ꝙ Jacob in cõmuni ſermõe docet caute loqui: ſed in ꝯtractib ipſo iure intelligit̃ ꝙ legitimũ impedimẽtũ ſoluit cõtractũ de futuro: ſic etiã mors vel hmõi.

Ad tertiũ. Ad aliud dicendũ ꝙ iſta ſponſio ligat: ſicut ⁊ alia: ſed ligat ad ꝯtrahendũ mřimoniũ: ⁊ cõpellit̃ ſoluere niſi legittimũ habeat impedimentũ: legittima eñ impedimẽta ſunt ſi aliqḋ poſt factũ primo piudicat tunc eñ nõ cogit̃: ⁊ hoc ideo qꝛ ꝯiugia inuita malos ſortiunt̃ euẽtus: ꝓpter qḋ etiã in veteri teſtamẽto dñs dari libellũ repudij ꝓmiſit.

Ad quartũ. Ad aliud dicẽdũ ꝙ aliquid iuris ĩ ea acqſiuit quã deſpõſauit: ſed hoc nõ eſt ius debiti in corpore: ſꝫ potius diſpoſitio ad debitũ illud: ⁊ ꝓpter paruitatẽ illius in quo dãnificat̃: ⁊ qꝛ in alia recuperare pt deobligat̃ puella in aliquib caſib ꝓpter ſequẽs factũ etiã ſine aliquo peccato alteri⁹ ſponſi q̃ ſecũ ſpõſalia cõtraxerat.

Ad quintũ. Ad aliud dicẽdũ ꝙ nulla ſpõſio fit ad tẽpus infinitũ: ſed tẽpus aliqñ verbo aliqñ reb determinat̃: tẽpus dico reddẽdi qḋ ꝓmiſſum eſt: reb⁹ autẽ determinat̃ hoc. ſ. qñ diſcretiõe ⁊ quãtitate corporis puberes efficiunt̃: ⁊ tũc cõpellẽdi ſunt ſoluere qḋ ſpopõderũt niſi legittimũ ptẽdãt ĩpedimẽtũ.

Arti. XIII. D

## Quorũ ſunt ſponſalia.

Arguit̃ p°. Secũdo querit̃ quoꝝ ſunt ſpõſalia. Videt̃ ꝙ omniũ qui poſſunt in futuꝝ cõiũgi matrimonialit̃: talit̃ autẽ cõiũgi poſſunt pueri in cunabulis: ergo pueri recẽter nati pñt ꝯtrahere ſpõſalia.

2° Itẽ cõtract⁹ qui p aliũ ⁊ per me põt fieri/ põt fieri/ ſiue ego poſſum diſcernere ſiue nõ: ſed talis eſt cõtract⁹ ſpõſaliũ: g̃ videt̃ ꝙ in oĩ etate cõtrahi pñt.

3° Itẽ videt̃ ꝙ ſeptẽniũ nõ ſit tẽpus in quo debeant cõtrahi ſpõſalia: qꝛ aliqui pueri in ſeptẽnio min⁹ ſũt diſcernẽtes nuptias q̃ꝫ alij in q̃nto anno: ergo videt̃ ꝙ nõ generalit̃ oĩbus ſit pfigẽdũ ſeptẽniũ.

4° Item narrat beat⁹ Grego in q̃rto dyal. ꝙ quidã in quĩto fuit tãtillus puer ⁊ tãt⁹ pctõr ita ꝙ etiã ꝓpter pctm̃ blaſphemie diabolus ipm̃ interfecit: cũ igit̃ nlli idiſcreto pctm̃ imputet̃ videt̃ ꝙ ille puer quinquẽnis diſcretionẽ habuit: ergo ipſe cõtrahere potuit adminus ſpõſalia.

5° Itẽ videt̃ nulla eſſe cauſa illa q̃ aſſignat̃: qꝛ ſpõſalia tũc placent: aut eñ hoc accipitur a ſignis/ aut a cõplexiõis incitatiõe. Si a ſignis videtur nihil eſſe: qꝛ pueri etiã ante hãc etatẽ turpes adinuicem ludos exercere vident̃ vt freq̃nter: ergo etiã ante hãc etatẽ placẽt eis ſpõſalia vt videt̃. Si aũt ab incitatõe cõplexiõis cõtra ſemẽ nõ diſtillat ante ſecũdũ ſeptẽniũ: vt dicit phs: ergo videt̃ ꝙ ex parte qualitatis paſſiue in ꝯcubitu. ſ. ex pte humoris añ ſcõm ſeptẽniũ nõ incitet̃: g̃ rõne hui⁹ nõ debet poni etas in ſeptẽnio primo.

Solo. Si forte dicat̃ ꝙ hoc fit rõe incitantis ex parte qualitatis actiue.

Obiectio. Cõtra actiua qualitas que eſt calor etiã ante ſeptẽniũ extẽdit mẽbra: ergo incitatio ex parte q̃litatis actiue eſt ante ſeptẽniũ: ergo irratõabilit̃ ponit̃ primũ ſeptẽniũ etas cõtrahentiũ.

6° Itẽ etas ꝯtract⁹ mřimonialis ĩ puero ⁊ puella nõ eſt vna: quia puella duodẽnis põt cõtrahere: ⁊ puer q̃ttuordecim annoꝝ: cũ ergo puer ⁊ puella ita ſe habeãt ad matrimoniũ ꝯtrahendũ ſicut ad ſpõſalia cõtrahẽda: videtur ꝙ etas ſponſaliũ cõtrahẽdorũ in puero ⁊ puella nõ debet eẽ vna.

7° Itẽ natura nõ format vno tẽpore puerũ ⁊ puellã: ſed puellã tardius: ergo etiã maior etas debet dari puelle ad cõtrahendũ ſpõſalia q̃ꝫ puero: ergo ſi puero ſeptẽ anni aſſignãtur puelle debẽt plures aſſignari ad cõtrahẽda ſpõſalia.

8° Itẽ ponamus ꝙ adultus cũ iuniore annis ſeptẽ ꝯtrahat ſpõſalia ⁊ querat̃ quid dicatur ſi dicas ꝙ ſic: cõtra ſpõſalia nõ poſſunt ꝯtrahi ante ſeptenniũ. Obiectio. Si autẽ nihil: cõtra ſpõſalia ſunt ꝓmiſſiones futurarũ nuptiarũ.

9° Itẽ pro vna parte eſt ibi plus q̃ꝫ legittima etas ad cõtrahẽda ſpõſalia: ergo quo ad illũ admin⁹ aliquid poteſt fieri.

Decimo. Itẽ ponamus ꝙ talis cõtrahat p verba de pſenti cũ ipe ſit plene etatis: quia ipſe facit qḋ in ſe eſt: ergo ligat ſe iſti: licet iſta nõ ligetur ip ſi: ergo quo ad hũc eſt matrimoniũ. ꝯtra matrimoniũ nõ eſt in vno: ſed in duobus vt ſupra habitũ eſt: ergo niſi agat̃ matrimoniũ ab vtroqꝫ cõiuge nihil agit̃: ſed h nõ agitur ex vtroqꝫ ergo nihil agitur.

Undecio. Itẽ pono ſi adult⁹ cõtrahit per verba de preſenti cũ ſeptẽni vel minore ſeptẽ annis: videt̃ ꝙ admin⁹ ibi efficiatur ſpõſalia: quia natura quãdoqꝫ nõ poteſt facere maius intẽtũ ab ipſa: facit tamẽ qḋ fieri poteſt: ergo etiã hoc eſt ĩ opibus hominũ: poſſunt autẽ inter tales cõtrahi ſpõſalia: g̃ ſponſalia tali cõtractu efficiunt̃.

Obiectio. Sꝫ ꝯtra in volũtarijs dicit̃ ab Amb. ꝙ intẽtio nomẽ opi imponit: ſꝫ iſte per verba de pſenti intendit ꝯtrahere matrimoniũ ⁊ nõ ſpõſalia: ergo nõ efficiunt̃ ibi ſpõſalia nec matrimoniũ inter tales effici poteſt: ergo nihil efficit̃ inť eos.

Duodecio. Ulteri⁹ pono caſum aliũ: ponam⁹ eñ ꝙ pueri ante ſeptenniũ cõtrahãt ſpõſalia quantũ poſſunt ⁊ poſt ſeptenniũ cõtrahãt per verba de pſenti ante tẽp⁹ pubertatis: videt̃ ꝙ inter eos nihil efficiat̃: quia ſponſalia ante ſeptẽniũ cõtrahi nõ pñt: ⁊ que nõ ſunt cõtracta nunq̃ꝫ poſſunt eſſe cõſũmata: ergo per ſequẽtẽ cõtractũ ſpõſalia nõ cõſũmãtur.

Tredecio. Itẽ per verba de pſenti nõ itẽdũt ſpõſalia efficere ſꝫ matrimoniũ: ⁊ hoc inter eos ante annos pubertatis eſſe nõ poteſt ergo nec ſpõſalia/ nec matrimoniũ efficiunt̃: ergo nihil efficiũt.

Obiectio. In cõtrariũ hui⁹ eſt ꝙ ſpõſalia ante ſeptẽniũ cõtracta ⁊ poſt approbata certo ſigno placentie tenẽt: vt dicũt iura: ſed ſequẽs cõtractus p verba de pſenti eſt certũ ſignũ placẽtie ſpõſaliũ ante ãnos cõtractorũ: ergo videt̃ ꝙ pficiãt ſpõſalia.

q̃rtodecio. Ulteri⁹ pono ꝙ adultus vel iuxta adultã etatẽ exiſtens contrahat cũ puella minore etate pubertatis: vl' fere iuxta pubertatẽ: ⁊ cõtrahat per verba de pſenti ⁊ queratur vtrũ iſte efficiat matrimoniũ vel ſpõſalia: videtur ꝙ nõ matrimoniũ: quia nõ ſunt ambo in etate legittima: ergo matrimoniũ nõ efficiũt. Econtra videtur ꝙ nec ſpõſalia: quia nec forma verboꝝ que eſt in ſpõſalibus ſeruat̃/ nec etiã ſpõſalia intendũt pficere: ergo neutrũ perficiũt: g̃ nihil agũt. Sed cõtra extra de ſpõſalibus. ſicut dicit Alexan. tertius de iſtis qui in minori etate deſpõſant̃. Si ita fuerint etati proximi ꝙ potuerũt copula carnali coniũgi minoris etatis intuitu nõ debẽt ſeparari ſi vn⁹ in aliũ viſus fuerit cõſentire ⁊c. ergo videt̃ ꝙ tales inter ſe matrimoniũ efficiãt.

Solo. Rñſio dõm ꝙ ſeptẽniũ ponit̃ tps in q̃ placẽt ꝯnubia: licet etas ĩpotẽs ſit ad carnalẽ cõmixtionẽ: ſꝫ aũt ſufficiẽs ſit auctas: qꝛ ſic placuit prib

ſpirituiſancto inſpiratis: tñ q꞉ hoc ĩ naturis funda-
tur: ratio a phia eſt trahẽda. Dicit aũt Ariſto. in lib.
de aĩalibꝫ tractatu. xviij. ꝙ oẽs impgnatiões ⁊ ma
turatiões partiũ ſunt ſm orbis reuolutões: ſcribũt
autẽ hi qui de naturalibꝫ loquũtur. ſ. ptholome⁹ ⁊
Albumaſar ꝙ reuolutio circuli in nato ꝓ quolibet ſi
gno dat ãnũ. Prima autẽ cõputatio circuli eſt ſignũ
aſcẽdẽti oppoſitũ: hoc eſt ab aſcẽdẽte ſeptẽniũ. Et ſe-
cũda cõputatio eſt in ſeptẽniũ ab illo: ⁊ hoc eſt aſcen-
dẽs. Et tertia iteꝝ in ſeptẽniũ qꝺ eſt oppoſitũ. Et q̃r
ta iteꝝ in aſcendens ſm circulũ iteratũ. ⁊ ſm hoc eſt
mutatio cõplexionis in nato. Unde poſt primos ſe-
ptẽ annos vt in pluribꝫ reſidet fluens humidũ qꝺ in
pueris ꝓpter vicinitatẽ ſpermatis dñaꝛ: ita ꝙ tũc ca
paces ſunt eoꝝ q̃ audiũt / p̃cipue ad corp⁹ ꝑtinentiũ.
Uñ ex tũc incipiũt ſubdi diſciplinis: ⁊ tũc tradi lit-
teralibꝫ ſtudijs: ⁊ ideo tũc dicũtur eẽ capaces placẽ
tie nuptiaꝝ vel diſplicẽtie ⁊ iõ ſpõſalia ꝓmittere poſ
ſunt. In ſecũdo aũt ſeptẽnio incipiũt iã vaporare ge
nitalia ⁊ lanugĩes ibi ꝯtrahũt ꝓpter tractũ ſeminis
ad loca illa: ⁊ ideo tũc põt eſſe matrimoniũ inꝛ eos.
In tertio autẽ ſeptẽnio qñ circulus dimidi⁹ eſt iam
cõpletus ſm phos ſemẽ tẽdit ad maturitatẽ que cõ
pletur in ſecũdo circulo ꝑfecto / ⁊ tũc eſt in ſtatu vſqꝫ
ad tertiũ circulũ: et poſtea incipit eſſe in declinatio-
ne: hoc tñ variaꝛ ſm dñiũ planetarũ q̃ p̃ſunt figurꝭ
natiuitatis: ⁊ ſicut dicit Aug⁹ ĩ q̃nto de ciuitate dei
Nõ eſt incõueniẽs ꝙ afflatus ſydeꝝ ad ĩmutationẽ
corpoꝝ valeãt: licet nõ poſſint ſuꝑ libe. arbi. niſi ea-
Ad primũ. tenus quaten⁹ trahiꝛ a corpore. Ad primũ ḡ dicẽ
dũ ꝙ ante ſeptẽniũ vt in pluribꝫ nõ ſunt capaces di-
ſcipline / nec nuptiaꝝ boni: ⁊ ideo tũc nihil ꝓmitte-
re poſſunt: q꞉ ꝓmiſſio eſt actus rõis: ⁊ oportet ꝙ ſit
ratio in aliquo ſtatu qñ ꝓmittere poteſt: ſedẽdo aũt
⁊ quieſcẽdo vt vult phus. vij. phi. anima fit ſciens ⁊
prudẽs: ⁊ dũ reſidet fluẽs humidũ: ⁊ incipit quieſce
re virt⁹ aĩalis: q꞉ tũc fortificaꝛ cõuerſio aĩe ſuꝑ app̃-
henſum: ⁊ hoc incipit poſt primũ ſeptẽniũ: vt iã ha-
Ad ſecũdũ. bitũ eſt. Ad aliud dicendũ ꝙ ſi per aliũ fiat cõtra-
ctus pueri ambo vel alter ante ãnos pubertatis p̃t
reclamare ⁊ nihil actũ eſt: ita etiã ꝙ alter pueroꝝ nõ
vetaꝛ accipere conſanguineã alteri⁹ eo ꝙ nihil factũ
eſt inter eos: ſꝫ hoc qꝺ diciꝛ ꝙ parẽtes ꝓmittũt qñqꝫ
ꝓ pueris ſic intelligiꝛ ſi pueri in etatẽ veniẽtes ratã
Ad tertiũ habẽt parentũ ꝓmiſſionẽ. Ad aliud dicendũ ꝙ li-
cet quidã in q̃bus humidũ min⁹ eſt naturale / ĩ ſeptẽ
nio minus ſunt diſcreti ⁊ capaces boni nuptiaꝝ: ta-
mẽ vt in pluribꝫ in ſeptẽnio efficiunꝛ capaces diſci-
plĩe ⁊ eoꝝ que audiũt ⁊ vidẽt: ⁊ ideo id qꝺ accidit in
pluribꝫ cõſiderat lex: cũ ei particularia que ſunt ſm
vnũquẽqꝫ infinita lex nõ potuit dari ſm vnũquẽqꝫ
Ad quartũ ſingulariꝛ: ſed ſm hoc qꝺ accidit: vt in pluribꝫ. Ad
aliud dicẽdũ ꝙ ego ſine p̃iudicio magis hoc puto fu
iſſe factũ ad terrorẽ parẽtũ: ⁊ puerũ nõ niſi h̃ punitũ
in corpore q̃ ſicut brutũ animal loquebaꝛ ea q̃ a parẽ
tib⁹ audiuit cũ in illa etate quaſi nihil adhuc appa-
Ad quintũ reat rõnis. Ad aliud dicendũ ꝙ placẽtia illa acci-
pitur a ſignis diſcernẽdi inter ea que audiũt pueri
Ad obiecti- vt pri⁹ dictũ eſt qꝺ prĩo incipit ĩ etate ſeptẽnij. Ad
onem. h̃ aũt qꝺ obijciꝛ dõm ꝙ ſic dicit Ariſto. ꝙ mẽbra ge
nitalia multoꝝ ſunt vapoꝝ: ⁊ ideo pruritũ excitãtia
⁊ ideo puto ꝙ mot⁹ minoꝝ etate pueroꝝ q̃ꝫ ſeptẽ an
norũ ꝓcedita natura corrupta: ſed poſt ſeptẽ annos
incipit admiſceri ratio vt prius eſt oſtẽſum. Unde ſi
gnũ propriũ hui⁹ eſt: q꞉ tũc actibꝫ humanis ratio in
cipit admiſceri. Ad aliud dicẽdũ ꝙ etas cõtract⁹ Ad ſextũ
matrimonij nõ eſt vna: q꞉ in puella caro eſt mollis ⁊
extenſibilis: ⁊ ideo humidũ facile digeſtibile ad ma-
turitatẽ: ⁊ ideo citius maturaꝛ ad recipiendũ: q꞉ re-
cipere cauſaꝛ ex humido frigido: vt humidũ ſit reci-
piens ⁊ frigidũ tenẽs: ſed humidũ pueri digeriꝛ ad
imprimere ⁊ ſigillare: ⁊ hoc cauſaꝛ ex calido ſicco: q꞉
cõtingit ex calido vincẽte ſuꝑ humido. Et ideo plus
tẽporis requiriꝛ ad maturationẽ maſculi q̃ꝫ femine:
ſicut plus exigiꝛ tẽporis ad hoc ꝙ calidũ vincat hu-
midũ exiccãdo q̃ꝫ ꝙ digerat ipm tm̃ ⁊ extendat ad re
cipiẽdũ: ⁊ ideo alia eſt etas coeũdi maſculi: ⁊ alia fe
mine. Sed in admixtiõe rõnis ad actus nõ eſt ſic: q꞉
hec cauſaꝛ ex hoc ꝙ incipit reſidere humidũ: ⁊ nõ im
pedire cõuerſionẽ ratiõis ſuper audita ⁊ viſa: ⁊ h̃ cõ-
tingit equaliter in maſculo ⁊ femina. Ad aliud di Ad 7m.
cendũ ꝙ animatio puelle eſt lõgioris tẽporis q̃ꝫ pue
ri: ſed tamẽ quia humidũ nati iam pueri equaliꝛ in-
cipit reſidere: vel nõ reſidere equaliter datur eis tẽ-
pus ſpõſaliũ: ſed inequale tẽpus cõtrahẽdi: quia fri
giditas in femina: quãdo eſt cũ humido oꝑaꝛ ad bo-
nã femine diſpoſitionẽ: vt dictũ eſt: ⁊ hoc eſt qñ cali-
dũ nõ plene vincit humidũ. Ad aliud dicendũ ſm Ad octauũ
multos ⁊ magnos in tali caſu poteſt quis duplicibꝫ
vti verbis: ſi eñ dicat: ego accipio te in meã: ⁊ illa re
ſpondeat: ⁊ ego te in meũ: vel verba eq̃pollẽtia nihil
agiꝛ: quia matrimoniũ agi nõ poteſt ⁊ ſpõſalia ꝯtra
here nõ intẽdunt. Si autẽ quis dicat verba mea ⁊ ſi
matrimoniũ cõtrahere nõ poſſint / valeãt qꝺ valere
poſſunt tũc ſpõſalia cõtrahũtur: quia hec ꝯtrahi in-
ter tales poſſunt: ⁊ bene põt eſſe ꝙ verũ dicãt. Ad Ad obiecti
hoc autẽ qꝺ obijcitur ꝙ ante ſeptẽniũ nõ ꝯtrahũtur onem.
dicendũ ꝙ hoc nõ veꝝ eſt niſi poſt ſeptẽniũ placeant
ſi autẽ puella eſt ſeptẽnis ⁊ alius pubes: ſpõſalia cõ
trahũtur ⁊ tenetur eã ſpõſus expectare donec veni-
at ad annos pubertatis. Ad aliud dicẽdũ ꝙ quo Ad nouũ
ad vnũ nihil poteſt ibi fieri: quia oportet ꝙ omne id
qꝺ fit in matrimonio de cõmuni vtriuſqꝫ fiat cõſen-
ſu: vnde nihil ibi efficiꝛ. Ad aliud dicendũ ꝙ ille Ad decimũ
qui ita cõtrahit etiã nihil efficit: ratione prius dicta
Et obiectio in cõtrariũ facta tenet ⁊ ſoluit. Ad ali Ad vndeci-
ud dicendũ ꝙ ſecus eſt de natura ⁊ de iſto opere: q̃a cũ obiecto.
naturã oꝑaꝛ ad intẽtũ: ille autẽ nec intẽdit ſpõſalia
nec operaꝛ ad ea: ⁊ ideo nõ eſt ſimile. Ad aliũ caſũ Ad duode-
dicẽdũ ꝙ talia ſpõſalia tenẽt: quia nihil ante fecerũt cimũ ⁊ tre-
tamẽ perfectũ poſtea intelligiꝛ approbaſſe factũ qꝺ decimũ.
preceſſit: ⁊ hec approbatio facit inter eos ſponſalia.
Ad id autẽ qꝺ obijciꝛ in cõtrariũ dicẽdũ ꝙ appro Ad obiecti-
batio preteriti que certiſſime ſupponiꝛ in verbo p̃ſen onem.
tis tẽporis facit ſpõſalia: ⁊ falſum eſt ꝙ ante oĩno ni
hil factũ ſit: ſed veꝝ eſt ꝙ nihil ſponſaliũ fecerũt: ſꝫ fe
cerũt aliquid ad ſpõſalia: quia diſpoſitionẽ q̃ ſi etiã
per alios ante facta fuiſſet per approbationẽ eoꝝ ſe-
quentẽ poſſet conſũmari. Ad id autẽ qꝺ obijciꝛ ꝙ Ad q̃rtum
matrimoniũ nõ efficiũt de plano cõcedo: precipue ſi decimũ.
multũ diſtãt ab anno pubertatis. Ad vlteriorẽ ca Ad vltimũ
ſum dõm videꝛ ꝙ tales cõtrahere poſſunt: p̃cipue ſi
diſpoſitione corporis ⁊ ſagacitate ingenij etas defi-
ciens suppleatur: diſpoſitionẽ autẽ corporis intelli-
go precipue in locis genitalibus: ſcꝫ vt agere ⁊ pati
poſſint in opere carnali. Dicũt tamẽ q̃dã tp̃s diſtã-
tie ab etate debita nõ d̃bere ꝓtẽdi vltra ſex mẽſes: ſꝫ
mihi vĩ poti⁹ ꝙ ſm pl⁹ ⁊ min⁹ deꝛminãdũ ẽ etiã ſm

diuerſam diſpoſitionē mēbrorū ꝛ ſagacitatis: qꝛ ego vidi puellā de qua ꝓhibebat̃ ꝙ annorū exiſtēs nouē cōcepit ꝛ peperit puerū: cū cōplere incepit decimū annū. Et ꝓbi dicūt ꝙ quidā dētati naſcūtur ꝛ lanugi noſi ꝛ piloſi in locis genitalibꝫ ꝛ citi⁹ maturant̃ ad coitū q̄ȝ alij. Et puto ꝙ hoc etiā variat̃ in regionibꝫ calidis ꝛ ſiccis: ſicut ꝛ ipa impgnatio ꝛ corporis incremētū. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad totū.

Art. XIIII. **Quis ſit effect⁹ ſpōſaliū ꝛ an pñt ſolui.**

Arguit̃ ꝓ Tertio querit̃ de effectu ſponſaliū. Videtur aūt ꝙ effect⁹ ſit obligare ad cōtrahendū matrimoniū: qꝛ effect⁹ generis ſaluat̃ in ſpē: ſed genus ſpōſaliū eſt ꝓmiſſio: ergo videt̃ ꝙ ſicut ꝓmiſſio obligat ad ſoluendū ꝙ ita ſpōſalia obligēt ad ſoluendū.
2o Itē extra de ſpōſalibꝫ ex lr̃is. dic̄ Alexan. tertius pictauienſi epō eū admoneas ꝛ niſi monitis acquieſcat eccleſiaſtica eū cēſura cōpellas: vt ipſam in vxorē recipiat ꝛ maritalia affectiōe ꝑtractet ꝛ loquitur de quadā quā añ deſpōſauit: ꝛ loquit̃ ꝙ cōpellēdus ſit ducere eā quā deſpōſauit: ergo ſpōſalia obligant ad cōtrahendū.
In ꝯtrariū ꝓ In cōtrariū hui⁹ eſt ꝙ obligatio que fit de iure nō ſoluit̃ niſi ſolutiōe facta: ſed ſpōſalia in m̃ltis caſibus ſoluūtur ſolutiōe nō facta ergo ſpōſalia nō obligāt.
2o Itē ſi ſpōſalia obligarēt tūc peccatū mortale eſſet nō ſoluere: ſed paſtor eccleſie ꝑ cenſurā eccleſiaſticā tenet̃ cōpellere ad cōtrahēdū ſemꝑ illos q̄ ſpōſalia ꝯtraxerūt h̄ aūt falſuȝ eſt vt patet extra q̄rto de ſpōſalibꝫ. preterea hi. vbi dic̄ Innoc. ſecūdus. Si aūt ſe admittere noluerint ne forte deterius inde cōtingat: vt talē. ſ. ducat quā odio habet. Videt̃ ꝙ ad inſtar eorū qui ſocietatē fidei cōtrahunt: ꝛ poſtea eandē ſibi remittūt: hoc poſſit in patiētia tolerari.
q̄ſtiūcula Arguit̃ ꝓ Ulterius querit̃ de alio effectu ſponſaliū qui eſt quedā affinitas. Videt̃ eñ ꝙ iſtū nō faciant ſpōſalia: qꝛ qđ ſpondet̃ in futurū nō eſt: ſꝫ i ſpōſalibus nuptie ſpōdētur in futurū: ergo adhuc non ſunt: ſed qđ nō eſt nihil facit: ergo tales nuptie nihil faciūt: ergo nec affinitatē.
2o Itē nō poteſt fieri affinitas niſi vnū ſit genus: vt infra habebit̃: ſed ſpōſi nō vniunt̃ generi: ergo inter eos non fit affinitas: ꝓbatio minoris nō vnit̃ generi ꝟm carnē qui carnaliter nulli de genere copulat̃: ſed ſponſalia tm̄ ꝯtrahens nulli de genere copulat̃ carnalit̃: ergo generi nō vnitur: ꝛ ſic habet̃ ꝓpoſitū.
3o Itē in alijs cōtractibꝫ vbi ꝓmittit̃ aliquid de futuro ſi reſcindat̃ nō īpedit qui cū alio eiuſdē generis poſſit facere cōtractū illū: ergo nec i iſto debet impedire: vt videt̃.
In ꝯtrariū In cōtrariū hui⁹ ē qđ dicit̃ extra. li. iiij. Ad audiētiā ꝛc̄. ītra dicit Alexā. tertius: Qm̄ ſcriptum eſt ꝙ ſpōſam fratris frater nō pt̄ mādam⁹ q̄tus eū ſuū ꝓpoſitū īplere n̄ ꝑmittas. Et loquit̃ de quodā qui fratri illi⁹ ſuā filiā dare voluit q̄ ante eādē ꝯſentiēte puella deſpōſauerat.

Solo. Reſpōſio dicēdū ꝙ effectus ſpōſaliū eſt ligare ad matrimoniū cōtrahendū q̄ȝdiu manēt ſpōſalia ſicut probāt prime rōnes: ſed verū eſt ꝙ quibuſdā de cauſis ſoluūtur vt infra patebit ꝛ tūc nō ligāt: qꝛ ſoluta ſunt nec hoc eſt mirum: quia non ligāt quādo ſoluta ſunt.
Ad primū. Ad id ergo qđ contra obijcit̃ dicendū ꝙ q̄ȝdiu manēt tādiu ligāt: ſed ſoluūtur ī caſibꝫ in quibus ligarēt cū nocumēto maiori: ideo ꝟm ius cōmune nō reputant̃ ſoluta: qđ eñ pro vtilitate cōtrahētiū ꝛ honeſtate eccleſie cōſtitutū eſt deſtituit̃ qñ contra vtilitatē ꝯtrahentiū ꝛ eccleſie honeſtatē obſeruatur. Ad aliud dicendū ꝙ hoc dicit Alexan. in caſu in q̄ ſoluūtur ſpōſalia ꝓpter matrimoniū ſupueniēs cū alio: qꝛ min⁹ vinculū cedit maiori ꝛ rūpit̃ illo ſupueniēte. Ad ſecūdū.
Ad id aūt qđ obijcit̃ oñdit ꝙ eccleſia dꝫ arcere a peccato mortali: dicendū ꝙ ſic facit: qꝛ ꝓ peccato indicit ꝛ iniūgit pniam: ſed nō cōpellit cōplere ꝓmiſſum: qꝛ iā de iure cōmuni ſpōſalia ſoluta ſunt. Ad id qđ ī cōtrariū

Ad id qđ querit̃ de vlteriori affectu dicendū ꝙ faciunt affinitatē vt dictū eſt ꝟm patrū inſtitutiōes. Ad q̄ſtiūculam

Ad id aūt qđ poſtea obijcit̃ dicendū ꝙ id qđ nō eſt nō facit: ſꝫ id qđ eſt ſcꝫ ſpōſalia ſunt: ꝛ ſunt aliqđ mr̃imonij ſcꝫ diſpoſitio ad ipm vt ſupra dictū eſt. Ad primū.
Ad aliud dicendū ꝙ eſt in ſpōſalibꝫ cōiunctio ad genus ꝟm quid: licet nō ſimplicit̃: ſicut eñ ī naturis aliqđ ꝑ diſpoſitionē ignis efficit̃ igni affine: etiā anteq̄ȝ habeat ſpēm: ita ꝛ in moralibꝫ per diſpoſitionē accedit aliquis ad gen⁹ alteri⁹ quādo cū ipſo cōtrahit ſponſalia: licet cū ipſo non efficiat̃ vna caro: ꝛ iō ſc̄ti p̄res ſtatuerūt ꝙ inter tales affinitas cōtraheret̃. Ad ſecūdū ꝛ tertiū.

**Quibus modis ſpōſalia contrahantur.** Arti. XV.

Quarto querit̃ quibꝫ modis ſpōſalia cōtrahātur. Dicūt aūtē iuriſperiti ꝙ duplicit̃ ſponſalia cōtrahunt̃. ſ. abſolute ꝛ ſub cōditiōe. Abſolute aūtē cōtrahūtur q̄ttuor modis. ſ. nuda ꝓmiſſione: vt accipiā te in meā vel ecōtrario/ datis arris ſpōſalitijs: vt aliqua pecunia vl' alijs rebꝫ ānuli ſub arratiōe: ꝛ interueniēte iuramēto. Sub cōditiōe dupliciter cōtrahunt̃: ſcꝫ ſub cōditione honeſta: vel ſub cōditiōe inhoneſta. Honeſta vt ſi ſic dicat/ contrahā tecū ſi placuerit parentibꝫ: ꝛ tūc dicūt ꝙ ſtāte ꝯditione ſtat ꝓmiſſio: ꝛ nō ſtāte nō ſtat niſi ſeq̄t̃ cōſenſus ꝑ verba de p̄ſenti vel copula carnalis. Cōditio aūt inhoneſta duplex eſt. ſ. ꝯtraria matrimonij bono ꝛ honeſtati: ꝛ nō cōtraria: exemplū ꝑmi eſt vt ſi dicat: tecū cōtrahā ſi venena ꝓcures ſterilitatis: vel ꝓcures aborſum: vel ſodomitice mecū coīugaris: vel adulterādo mihi victū lucreris: vel aliqđ hmōi: ꝛ tūc non ſtat ꝓmiſſio facta de mr̃imonio. Exemplū cōditiōis ſecūde eſt vt ſi dicat: cōtrahā tecū ſi furto mihi lucreris/ vel vſuris: vel hmōi/ aliquo pctō inuoluaris: ꝛ tūc renūciandū eſt cōditiōi: ꝛ tenēt ſpōſalia. Iuxta illud Bede In turpi voto muta decretū: ꝛ in malis ꝓmiſſiōibus reſcinde fidē. Itē qñ abſolute ꝯtrahunt̃ ſi ſine iuramēto cōtrahant̃ monēdi ſunt vt cōſumēt: ſed nō cogēdi ſi nolūt. Si autē cū iuramēto cōtraxerunt cogēdi ſunt ꝓpter iuſiurandū per cenſurā eccleſiaſticā: ꝛ hoc intelligo de illis q̄ ſunt ambo ſeptē annorū: qꝛ minores ambo/ vel alter cōtrahere nō poſſunt ſpōſalia: vt patet ex ante habita diſputatiōe: et hoc eſt totū qđ iura diffiniūt de ſpōſaliū cōtractiōe.

In cōtrariū autē hui⁹ obijcit̃ ꝛ primo q̄dē de diuiſione q̄ dicit ꝙ quattuor modis ſpōſalia abſolute cōtrahūtur: in ꝓmiſſiōe eñ nō obligat̃ homo niſi ex ſe ipſo: ſed dicūt ſancti patres: qꝛ deus ꝓmittens non obligat̃ ex nobis: ſed ex ſe tm̄/ ꝛ nō eſſet iniuſt⁹: ſi nō ſolueret: ergo a ſimili ꝯtrahēs nuda ꝓmiſſiōe nō erit iniuſt⁹ ſi nō ſoluat: ergo videt̃ ꝙ alter agere nō poſſit qđ falſum eſt: ergo ſpōſalia nō nuda cōtrahunt̃ ꝓmiſſione. In ꝯtrariū ꝓ ꝯ diuiſionē ꝗ mōis obiecti.
Itē videt̃ falſum qđ dicit ius ꝙ nuda ꝓmiſſione cōtrahens nō ſit cogēdus ad cōſummandū mr̃imoniū: q̄ ei ꝓmittit ꝛ nō ſoluit ꝓmiſſū mētit̃: os aūt qđ mētit̃ occidit aīam: ḡ ille peccat mortalr̄: ſꝫ arcēdus eſt q̄libet a mortali pctō: ergo q̄libet arcēdus 2o

3o eſt ad cõſũmationẽ pmiſſi. Jtẽ in minori decipit q̄
decipit aliũ in pecunia q̄ꝫ q̄ decipit eũ i matrimonio
⁊ in ſeipſo: ſed decipiẽs in pecunia cogit̃ a iudice ad
ſolutionẽ: ergo multomag̃ debet cõpelli ad ſolutio
nẽ ille qui decipit aliũ in matrimonio ⁊ in ſeipſo: er
Arguit̃ pᵒ go nihil videt̃ eſſe qd̃ dicũt iura. Ulterius obijcit̃
de ſcd̃o mõ de ſecũdo mõ: videt̃ eñ q̄ ille modꝰ ſit illicitꝰ: q2 ma
trimonia debẽt eẽ libera: ſed nõ eſt liberꝫ: qd̃ eſt app
ciatũ: g̃ matrimonia nõ debẽt eſſe appciata: ſed arra
eſt pars pcij: vt dicit glo. ſup apoc. ergo nõ debẽt eẽ
2o ſpõſalia ſubarrata. Jtẽ mrĩmoniũ vt infra proba
bitur eſt in genere honeſti rõne duoꝝ bonoꝝ ſuoꝝ/
⁊ in genere vtilis rõne tertij: honeſtũ aũt oẽ ſpũale
eſt: ergo ſub pcio poni non debet matrimoniũ: g̃ nec
datis arris cõtrahit̃: q2 arra eſt pars pcij vrĩa habi
3o tũ eſt. Jtẽ cõtingit ſolui ſpõſalia illa aliquo de ca
ſu: aut ergo reddent̃ arre/ aut nõ: ſi nõ reddent̃ con
tra: q2 ƒm hoc iniuſte videt̃ agi cũ illo cuiꝰ pars pcij
retinet̃: ⁊ tñ cõtractꝰ reſcindit̃. Si aũt reddant̃ tũc
videt̃ q̄ mrĩmoniũ poſitũ fuit ſub pcio: q2 nõ videt̃
eẽ cauſa redditiõis niſi q2 cõtractꝰ reſcindit̃ quẽ p
Arguit̃ pᵒ ciũ efficiebat. De tertio mõ ſilr̃ obijcit̃: q2 annu
d̃ tertio mõ lus ſignificat fidẽ materialẽ: ſed hec eſt matrimoniũ
cũ igit̃ in ſpõſalib9 mrĩmoniũ nõ contrahat̃ videt̃ q̄
annuli ſubarratio nõ ptineat ad ſpõſaliũ ꝯtractõeꝫ.
2o Jtẽ monile vt dicit Jſid. dicit̃ quaſi munile. eo q̄
munit ſinũ ne adulter inferat manũ: ergo videt̃ q̄ cũ
ſpõſalia ligẽt ad vnũ potiꝰ q̄ꝫ ad aliũ q̄ potiꝰ debeãt
3o fieri p monile q̄ꝫ p annulũ. Jtẽ Gen. 24. Elieꝫer
dedit rebecce inaures: ⁊ ãnulos: querat̃ ergo quid
in ſpõſalib9 ſignificẽt inaures ⁊ q̄d monilia ⁊ q̄d an
Arguit̃ pᵒ nuli: ⁊ quare his trib9 frequẽtiꝰ fiãt q̄ꝫ alijs. Ul
de q̄rto mõ teriꝰ obijcit̃ de quarto q̄ ſit interpoſito iureiurãdo:
videt̃ eñ q̄ ille modꝰ ſit illicitꝰ: q2 multis de cauſis
pt iuramẽtũ fieri illicitũ: nemo aũt iurare põt id qd̃
pt fieri illicitũ: ergo ad ſpõſalia nõ debꝫ fieri iuramẽ
2o tũ. Jtẽ videt̃ q̄ in aliquo caſu pplexitatẽ inducat
iuramẽtũ vbi gra: ponamꝰ eñ q̄ odiat eã anteq̄ꝫ cõ
trahat p vba de pñti: tũc piculũ eſt cõplere mrĩmo
niũ: q2 matrimonia inuita malos exitꝰ ſortiũt̃ ⁊ qd̃
cũ piculo fit nõ eſt faciẽdũ: ergo iſtud mrĩmoniũ nõ
Obiectio eſt cõſummandũ. Ecõtrario aũt iuramentũ licitũ
eſt obſeruandũ ⁊ iuramẽtũ eſt de mrĩmonio: ergo eſt
cõſũmandũ ⁊ nõ cõſũmãdũ: qd̃ eſt impoſſibile: g̃ vi
Arguit̃ pᵒ detur q̄ iuramẽtũ nõ ſit interponẽdũ. Ulteriꝰ ob
q̄ modis cõ ijcitur de modis illis q̄ fiũt ſub cõditiõe. Et obijcia
ditionatis. tur primo de cõditõe honeſta: hec eñ eſt duplex ƒm
iuriſptos. ſ. ſimplr̃ honeſta q̄ ſpectat ad bonos mo
res vt cõtrahã tecũ ſi placet parẽtib9/ aut pedagog̃
aut ſacerdotib9/ aut eccľie: ſiue aliquid hm̃oi. Et cõ
ditio vtilis ꝓpter onera matrimonij: vt cõtrahã tecũ
2o ſi dederĩ marcas cẽtũ. Obijciat̃ g̃ de pria ꝯditõe
que ſimplr̃ eſt honeſta: videt̃ eñ q̄ apponi nõ debet
q2 matrimoniũ vnꝰ nõ põt cõtrahere ꝓ alio/ niſi ipſe
cõſentiat: ergo nihil eſt dicere cõtraho tecũ ſi placet
3o illi/ aut illi. Jtẽ ſi placet parentib9 ⁊ nõ filie nõ fit
ibi mrĩmoniũ/ nec etiã ſpõſalia: ſi ergo in negãdo cõ
ſenſus filie nõ depẽdet ad parẽtes: ergo nec in affir
mãdo depẽdet: ergo nullo mõ depẽdet: q2 cõſenſus
eſt vel affirmãdo vel negãdo: g̃ ꝓ nihilo apponit̃ cõ
4o ditio de cõſenſu parentũ vel etiã quoꝛũlibet alioꝛũ.
Ulteriꝰ obijcit̃ de alia ꝯditõe q̄ etiã nõ inhoneſta
reputat̃. ſ. q̄ eſt cũ adiũctiõe pecunie: videt̃ eñ q̄ illa
nõ teneat: q2 libera debẽt eẽ matrimonia. Dicit aũt
pħus q̄ liberꝫ eſt qd̃ cauſa ſui eſt: g̃ mrĩmoniũ debet
eſſe cauſa ſui: ergo nõ debet eẽ cõditio pcij vľ pecunie
Jtẽ Ariſto. dicit q̄ quedã ſunt mixta inr̃ volũta 5o
ria ⁊ inuolũtaria. ſ. que nõ volumꝰ ſimplr̃: ſed tamẽ
ne alia deterioꝛa cõtingãt: eligimꝰ ea ſicut pꝛoijcere
merces in tpe tẽpeſtatis ne nauis ſubmergat̃: ⁊ hec
in moꝛib9 nõ ſunt laudibilia: cum igit̃ in moꝛib9 ƒm
oẽs pħos matrimonij honeſtas ſit de numero lauda
biliũ bonoꝛũ videt̃ q̄ nõ debeat eẽ ſic partim volun
tariũ ⁊ partim inuolũtariũ. Eſt autẽ ſic mixtũ ſi ad
ditur pena pecuniaria: ergo nõ debet eſſe cõditio pe
ne pecuniarie. Jtẽ coactio excludit cõſenſum q̄ eſt 6o
cauſa efficiens matrimonij: vnde dicit ptoꝛ qd̃ vi vľ
metus cauſa fit ratũ nõ habeo: ſed ẽ metꝰ duplex. ſ.
pſone ⁊ nature et vterq̄ cadat in cõſtantẽ viꝝ quem
ciuilis conſtantẽ reputat: ergo videt̃ q̄ excludat con
ſenſum matrimonij: cũ igitur talis ſit metus dam
ni q̄ñ ſit pene pecuniarie adiectio videt̃ q̄ cõſenſus
euacuat̃: ergo nõ debẽt talimõ contrahi ſponſalia.
Ulteriꝰ obijcit̃ de cõditiõe turpi nõ cõtraria ma 7o
trimõio: videt̃ eñ q̄ illa matrimoniũ euacuet: quia
ſunt quedã vt dicit Augu. que nõ poſſunt fieri bono
fine eo q̄ eſſentialr̃ cõiuncta ſunt fini malo: vt fur
tũ/ adulteriũ: ⁊ hm̃oi: ſed matrimoniũ eſt bonũ: er
go ſi ſumat̃ vt finis ipm erit finis bonꝰ: ergo nõ põt
eſſe finis talis mali: ergo videt̃ q̄ ãnihilat̃ matrimo
niũ: q2 tali fine cõtrahit̃ vel q̄ñ efficit̃ finis talis ma
li. Juxta hoc querit̃ vtrũ peiꝰ ſit cõtrahere tali fi q̄ſtiũcula.
ne/ ſiue cõditiõe/ vel nõ cõtrahere ⁊ vti muliere ad h̃
fine ꝯtractu more lenonũ q̄ pſtituũt meretrices. Ui Arguit̃ pᵒ
detur aũt q̄ ſcd̃m ſit peiꝰ q̄ꝫ primũ: q2 ad minꝰ excu q̄ ſcd̃m
ſat̃ in coitu ſuo q̄ cognoſcat ſuã: ſꝫ cognoſcẽs nõ ſuã
pſtituẽs nec in ſuo nec in alieno excuſat̃: g̃ ſcd̃m peiꝰ
eſt q̄ꝫ primũ. Cõtra in pꝛioꝛi eſt adulteriũ i qd̃ cõ Arguit̃ 2o
ſentit maritꝰ: in ſcd̃o aũt tm̃ foꝛnicatio: g̃ pmũ peiꝰ q̄ primũ
eſt q̄ꝫ ſcd̃m. Ulteriꝰ querit̃ de cõditiõe vltia q̄ tur Queſtiũcu
pis ẽ ⁊ mrĩmonio ꝯtraria: videt̃ ei q̄ illa nõ dirimat la vltima.
ꝯctũ hec q2 de q̄libet tenẽdũ ẽ bonũ qd̃ ĩde pt elici: ſꝫ
duo ſunt cõtractꝰ: ⁊ eſt cõditio cõtractꝰ bona ⁊ cõdi
tio mala: g̃ tenẽdꝰ eſt ꝯtractꝰ ⁊ refutãda cõditio. Cõ
firmat̃ aũt prima ex h̃ qd̃ dicit̃ I theſſ. 5. Oia ꝓbate
qd̃ bonũ eſt tenete: ab oi aũt ſpecie mala abſtinete vos.
Solũ dõm q̄ ſupdidicti modi ſũt q̄b9 ſpõſalia cõ Solo.
trahũt̃: ſicut dicũt docẽtes iura. reducũt̃ aũt ad du
os. ſ. pmiſſiõis ſimplicis ⁊ pmiſſiõis cõfirmate. Cõ
firmata aũt eſt duplex p cõditionẽ/ ſiue p vlteriꝰ vin
culũ. Et ꝯditio dĩ tũc eo mõ quo ſupra dictũ eſt. Ui
culũ aũt ampliꝰ ligãs q̄ꝫ pmiſſio/ aut eſt ſignũ appꝛo
pꝛiãs ſpõſaꝫ/ aut ꝯfirmatio pmiſſiõis: ſignũ aũt aut
eſt de ptinẽtib9 ad datũ ꝓpter nuptias: aut ad oꝛna
tũ ſpõſe: et primũ videtur arra nuptialis: ſcd̃o autẽ
mõ ãnuli ſubarratio. Si aũt eſt ꝯfirmatio pmiſſio
nis tũc eſt iuramẽtũ: de hac tñ reductiõe ad artẽ nõ
curãt iuriſpiti: q2 intẽdunt groſſis vulgarib9 circa q̄
ſunt caſus ⁊ particularia. His habitis rñdẽdũ eſt Ad primũ q̄ꝫ
ad id q̄ñ obijcit̃ de pꝛimo: ⁊ dõm q̄ ſecꝰ eſt de deo et qd̃ pꝛio ob
hoie: q2 deꝰ pmittes nec cãm pmiſſiõis habet in no ijcitur.
bis nec vtilitatẽ nec finẽ: ⁊ iõ non obligat̃ obligatio
ne debiti: q2 vt dicũt ſcti: Deꝰ nihil dꝫ hoi: ſꝫ hõ oia
ſua dꝫ deo. Sꝫ q̄ñ hõ pmittit cãꝫ pmiſſiõis ⁊ vtilita
tẽ hꝫ i eo cui pmittit: ſic h̃ i ꝯctu vnꝰ ꝯiugũ pmittit ⁊
cauſa eſt i alio qui repꝛomittit ſibi ⁊ vtilitas que eſt
debitũ in coꝛpe eiꝰ cũ qua cõtrahit: qd̃ etiã iure ma
trimonij exigere põt: ⁊ ideo iſte obligat̃. Ad aliud Ad ſecũdũ

dicendū ꝙ ꝓmittēs tenet̃ ſoluere quantū in ſe eſt ni-
ſi ſtet ꝑ aliū ⁊ bene cōcedo ꝙ peccat nō ſoluēs ſi ſolue
Ad ꝓbatōꝫ re poſſit. Ad hoc aūt qd̓ obijcit̃ ꝙ ſit cogēdus dicē
dū ꝙ nō: qꝛ frequēter diſſil'atur min⁹ malū ne acci-
dat mai⁹ diſſimulat̃ inquā ita ꝙ nō deducit̃ in faciē
eccleſie ad iudiciū: licet nō diſſimulet̃ in ꝯfeſſiōe. Et
h̓ eſt qd̓ dr̃ extra lib. q̄rto. de ſpōſalibꝫ ꝑ hi q̄ ⁊c̄. vbi
dic̄ Innoc̄. ſecūd⁹: Si aūt ſe adinuicē admittere no
luerint niſi forte deteri⁹ īde ꝯtingat vt talē. ſ. ducat
quā odio habet. Videt̃ ꝙ ad inſtar eoꝝ qui ſocieta-
tē interpoſitōe fidei cōtrahūt: ⁊ poſtea eandē ſibi re-
Ad tertiū mittūt hoc poſſit in patiētia tolerari. Ad tertiū di
cendū ꝙ licet in maiori decipiat: tn̄ eſt dānū recupa
bilius q̄ȝ pecunie: qꝛ cū multis alijs pōt cōtrahere:
ſed pecuniā aliā nō cōtingit eū de facili recupare: et
Ad primū iō iſtud ad iudiciū non deducit̃ ſicut illud. Ad id
de ſcd̓o mō qd̓ obijcit̃ vlteri⁹ de ſcd̓o mō dd̓m ꝙ ille ē quedā cō-
firmatio ꝓmiſſiōis eo ꝙ ꝑ donaria ſpōſa quodāmō
ſponſo appropriat̃ vel ecōuerſo ſicut innuit̃ in geñ.
ȝ. vbi dixit lya ad Iacob: Ad me itroibis: qꝛ p̄cio te
Ad argum cōduxi ꝓ mādragoris filij mei. Ad primū aūt qd̓
tū primū ⁊ cōtra obijcit̃ dd̓m ꝙ arra hic alit̃ ſumit̃ q̄ȝ ꝓ p̄cio vel
ſecundū ꝓ parte p̄cij: ſicut em̄ ꝑ arrā res empta ēptori appro
priatur ita ſpōſa ſponſo ꝑ ſubarrationē nuptialē: et
iō p̄ma argumētatio fallit ꝑ equiuocationē. Si ta-
mē cōcederet̃ ꝙ eēt pars p̄cij tūc dicendū ꝙ mr̃imo-
niū nō ponit̃ ſub p̄cio: ſed id qd̓ dat̃ eſt ad onera ma-
Ad tertiū. trimonij ſubleuāda. Et ꝑ h̓ pꝫ ſol'o ad ſecūdū. Ad
tertiū dicēdū ꝙ ſi daret̃ dotis noīe vel ꝓmitteret̃ ⁊
nō ſequeret̃ matrimoniū reſtituere teneret̃. Si aūt
alia donaria ſunt poti⁹ amorē indicantia q̄ȝ magnā
afferētia vtilitatē nō credo ꝙ tenet̃ ad reſtitutionē: ſꝫ
tn̄ nō ſequit̃ ꝙ matrimoniū ſub p̄cio ponat̃ rōne ſup̄
Ad primūꝫ dicta. Ad id qd̓ vlteri⁹ obijcit̃ de tertio modo dicē
de t̄tio mō dū ꝙ annulus ille ſignificat fidē ſpōſaliū in p̄ſenti. ſ.
ne alij ꝓmittat: ⁊ fidē thori in futuro ſeruet: ⁊ iō po-
nitur in digito ſiniſtre man⁹ q̄ anularis dicit̃: qꝛ in
illū vena quedā pulſatilis/ſiue arteria venit a cor-
de q̄ circulo ligat̃ ad amoris ſignū. Et ꝑ hoc pꝫ ſolu
tio ad primū: qꝛ ex falſo vel ex inſufficiēti cauſa ānu-
Ad ſecūdū. li ꝓcedit: ⁊ ideo nō ꝯcludit. Ad aliud dicēdū ꝙ ni
hil ꝓhibet monili ſubarrationē fieri: ſed magis con-
grue fit ꝑ anulū: qꝛ cū fides ſpōſaliū obliget ad duo
vnū illoꝝ eſt principale ⁊ alteꝝ eſt cōſequēs: ⁊ p̄nci-
pale quidē eſt ad ſeruādū fidē ſpōſo: ꝯſeq̄ns autē eſt
ad cuſtodiēdū ſe ab alio: anulus aūt ſignificat prin
cipale: ⁊ monile ſignificat cōſeq̄ns: ⁊ ideo magis cō
Ad tertiū grue fit ꝑ ānulū q̄ȝ ꝑ monile. Ad tertiū dd̓m ꝙ in
tribꝫ ſe habꝫ ſpōſa ad ſpōſum: inquātū em̄ caput mu
lieris eſt vir tenet̃ eū audire/ſequi ⁊ obedire. Ex ma
trimonio aūt tenet̃ ad fidē ⁊ cuſtodiā ab altero: nec
ſunt plura adeo ſubſtātialia ſpōſe inquātū eſt ſpon-
ſa. Primū autē hoꝝ ſignificat in auris. Scd̓m aūt
ſignificat ānulus ⁊ tertiū monile: ⁊ iō his tribꝫ an-
Ad primuꝫ tiquit⁹ puelle ſubarrabant̃. Ad hoc autē ꝙ vlte-
de q̄to mō. rius obijcit̃ de iuramēto dicendū ꝙ bene pōt fieri ſi
alit̃ nō credāt ſibi inuicē ꝯhētes: qꝛ ſic̄ dicit apl's he-
bre. 6. Finis ad cōfirmationē cōtrouerſie eſt iuramē
Ad primuꝫ tū. Ad hoc aūt qd̓ cōtra obijcit̃ dd̓m ꝙ in talibꝫ ca
argumtū. ſibus vt infra patebit ſoluunt̃ ſpōſalia ⁊ tūc deobli
gat̃ a iuramēto eo ꝙ ipſe iuramēto nō tenet̃ niſi mō
ſpōſaliū: ⁊ iō ſpōſalibꝫ fract' nō tenet̃ iuramēto am
plius: ſed bn̄ cōcedo ꝙ incautū eſt in talibꝫ iurare.
Ad ſecūdū. Ad aliud dd̓m ꝙ in talibꝫ nō eſt ꝑplexitas: qꝛ pōt

cōplere iuramētū: alioq̄n peccat mortalit̃. Si autē
matrimoniū aliud ſuperuenit tūc peccat mortaliter
cōtrahēs cū alio: ſed tn̄ nō tenet̃ ad ſponſalia ꝑficiē-
da: qꝛ ſoluta ſunt: ſed debet facere pniam de ꝑiurio.
Ad hoc autē qd̓ querit̃ vtrū ſit cogendus dd̓m ꝙ Ad obiecti-
licet quidā dixerūt ꝙ ſit cogēdus ꝓpter iuramētū tn̄ nem.
videt̃ ſapiētibꝫ ꝙ nō: ſed diſſil'andū ē ſi ex odio ſpōſe
nō vult ꝑficere qd̓ iurauit: qꝛ poſſet mai⁹ malū ſeq̄:
⁊ iſte caſus exp̄ſſe ſcript⁹ eſt: extra lib. q̄rto de ſponſa
libꝫ requiſiuit vbi ſic Luci⁹ terti⁹ Req̄ſiuit a nobis
tua fraternitas qua cēſura mulier cōpelli debeat q̄
iuriſiurādi religiōe neglecta nubere rēnuit cui ſe nu
pturā interpoſito iuramēto firmauit: ⁊ infra Ad qd̓
breuit̃ reſpōdeo ꝙ cū libera debeāt eſſe matrimonia
monēda eſt poti⁹ q̄ȝ cogēda cū coactōes difficiles ſo
leāt exit⁹ habere frequēter. Ad id autē qd̓ obijcit̃ Ad p̄mū d̓
de cōditiōe ſimplicit̃ honeſta dd̓m ꝙ illa merito eſt modis con
apponēda ita ꝙ vituꝑari pn̄t cōtrahētes ſi nō appo ditiōis ho-
nāt: qꝛ cōtrahētes aut ſunt mature etatis/aut infā- neſte ⁊ ſcd̓ꝫ
tuli: ſi ſunt adulti adhuc licet in eis ſit nō ꝯfirmata
ratio: tamen vnus ſolus nō pōt videre q̄d expediat
ſicut vidēt plures fidelit̃ cōſulētes. Si aūt ſunt in-
fantes nō pn̄t diſcernere niſi doctrina ⁊ cōſilio alio
rū ſenioꝝ: ⁊ iō cū diſcretio faciat ad libertatē ⁊ hone
ſtatē cōſenſus: talis cōditio poti⁹ facit ad libeꝝ ma-
trimoniū q̄ȝ ancillare vel ſeruile: nō em̄ dicit̃ libeꝝ
apud ſapiētes: qd̓ q̄ſi vinculū vl' velamē malicie ha
bet libertatē: ſed id poti⁹ qd̓ ſm̄ virtutē libere fit: ⁊
ideo talis cōditio tenet ⁊ eſt fauorabilis. Et ſic pꝫ ſo
lutio ad primū. Ad aliud dd̓m ꝙ duplex eſt ꝯſen Ad tertiū
ſus. ſ. matrimoniū faciēdi: ⁊ iſte nō depēdet ad aliū
in mr̃imonio: eſt etiā cōſenſus cōditionat⁹ qn̄ de vo
luntate ꝓpria apponit cōditionē eo ꝙ ſibi hō nō ſuffi
cit ad ꝯſiliū: ⁊ ille depēdet rōne pri⁹ inducta. Ad Ad quartū
id qd̓ vlteri⁹ querit̃ de cōditiōe vtilitatis q̄ eſt pecu-
nia dd̓m videt̃ ꝙ illa duplicit̃ apponi pōt. ſ. aut vt
in modū dotis/aut vt in modū pene ſi nō cōſūmant̃
mr̃imonia: ſi primo mō apponat̃ dico ꝙ ſtat ⁊ exigi
p̄t: ⁊ ſi nō ſtet cōditio nō tenet̃ ad ꝯſūmationē ꝓmiſ-
ſionis. Et hoc ꝯtingit ꝓpter onera mr̃imonij: vt di-
ctū eſt ſupra. Si aūt adijciat̃ ꝑ modū pene vt ſi ſic di
catur niſi ꝯtraxero tecū: ego dabo tibi cētū marcas
dico ꝙ nō tenet cōditio nec exigi p̄t ſi nō cōſūmetur
matrimoniū: argumētū aūt ad h̓ eſt in decretali pri
us inducta req̄ſiuit: qꝛ ſcꝫ mr̃imonia debēt eē libera
Ad id autē qd̓ ꝯtra obijcit̃ dd̓m ꝙ mr̃imoniū nō po
nitur ſub p̄cio: vt pꝫ ex ſup̄dictis. Ad alia duo eſt Ad quintū
ꝯcedēdū: qꝛ illa ꝓcedūt in ſenſu illo q̄ cōditio pecu- ⁊ ſextū
niaria adijcit̃ in modū pene ⁊ ſunt bona ꝯtra illos q̄
alit̃ ſentiūt q̄ȝ h̓ eſt determinatū. Ad id qd̓ vlteri⁹ Ad 7m
obijcit̃ de ꝯditiōe turpi ⁊ ꝯtraria mr̃imonio: dd̓m ꝙ
mr̃imoniū nūq̄ȝ eſt finis mali nec etiā ad malū finē.
Eſt ei duplex finis ſic̄ ⁊ ſuꝑ ſcd̓m lib. notatū inueni
es. ſ. finis oꝑis. finis oꝑantis/ſiue oꝑis mr̃imoniū
nūq̄ȝ eſt ad malū finē vel finis mali. Fine aūt oꝑan-
tis ſic p̄t eē fine malo ⁊ dictū Augu. intelligit̃ de fi-
ne oꝑis nō oꝑantis. Et qꝛ finis oꝑātis nō eſt eēntia
lis finis mr̃imonij: iō dic ius ꝙ ceſſat ꝯditio q̄ eſt tur
pis finis ītētio ex ꝑte ꝯhēt' n̄ ꝯct⁹ ⁊ tenet ꝯct⁹ ſpōſa
liū. Et ꝑ h̓ pꝫ ſol'o ⁊ rō iuris. Ad aliō dd̓m ꝙ vn⁹ Ad q̄ſtiūcu
plus peccat in actu ⁊ alter plus in circūſtātia trahē lam cū obie
te in id genus peccati: hoc eſt in adulteriū: nihil em̄ ctis.
prohibet vtrūq̄ȝ plus peccare cōſideratiōe diuerſa.
Si aūt querit̃ quis ſimplicit̃ plus peccet: videt̃ q̄ſtiūcula

dõm ꝙ ille q̃ ꝓſtituit vxorē ꝓpriā ex hoc ꝙ peccat ma
iori pctõ qḋ eſt adulteriū ⁊ cõtra plura ⁊ cõtra que-
cūq; peccat leno: peccat ⁊ iſte ⁊ inſuꝑ cõtra bonū ma
Ad q̃ſtiūcu trimonij. Ad hoc qḋ obijcit̃ de cõditiõe vltima di
lā vltimā cendū ꝙ illa annihilat ꝯtractū: q̃ꝛ nõ eſt cõſenſus in
talibꝫ in matrimoniū ſm intellectū ſ; ſm vocē tm̄: ſ;
ſm intellectū ꝯſentiūt in vile cõtuberniū: q̃ꝛ nõ põt
eſſe matrimoniū vbi renūciat̃ bonis oibus mr̄imo-
nij. Et per hoc patet ſolutio ad obiectū: q̃ꝛ in tali cõ-
tractu nihil boni eſt: ⁊ iõ nihil boni inde põt elici qḋ
teneat̃: ſicut fuit in alijs cõtractibꝫ cõditionatis.

Arti. XVI. Quibꝰ modis ſpõſalia dirimantur.

R

Q Uinto querit̃ quibꝫ modis ſpõſalia dirimā-
tur. Accipiat̃ autē ſuꝑ primū illud qḋ deter-
minatū eſt a iure. Sunt igit̃ octo caſus in
Primꝰ ca- quibus ſpõſalia diſſoluunt̃. Quoꝝ primꝰ eſt ſi alt̃
ſus ſpõſoꝝ trāſeat ad religionē qḋ põt facere etiā inui-
to ⁊ reclamāte altero ante carnalē copulā: ⁊ tūc ille
qui remanet in ſeculo abſoluit̃ a vinculo ſponſaliū:
Secūdus, etiā ſi fuerūt ſpõſalia ꝑ ṽba de p̄ſenti. Secūdꝰ eſt
qñ ſpõſus nõ inuenit̃: q̃ꝛ trāſfert ſe ad aliā regionē/
ſi tñ ꝑ eā nõ ſteterit ꝙ matrimoniū non fuit cõſūma
tū: ſi eñ per eā ſteterit tūc aget pniam de ꝓmiſſione
Tertius ⁊ etiā de periurio ſi iuramētū interuenit. Tertiꝰ
eſt ſi alter ſpõſoꝝ poſt cõtracta ſpõſalia incurrerit le
prā/aut paraliſim/aut epilentiā/aut turpiter naſo
Quartus. aut oculo fuerit mutilatus. Quartꝰ eſt ſi ſuꝑue-
niat affinitas. ſ. ſi ſpõſus cognouit cõſanguineā ſpõ
Quintus, ſe: vel ecõuerſo: ⁊ h̃ ſufficit ꝓbare ſola fama. Qui
tus eſt ſi mutuo ſe abſoluerūt: quē tñ caſum q̃dā nõ
Sextus recipiūt. Sextꝰ ſi alt̃ coꝝ fuerit fornicatꝰ. Se
Septimꝰ. ptimus qñ ſuꝑuenit matrimoniū ꝑ verba de p̄ſenti
cū alio ꝯtractū: q̃ꝛ tūc ſoluit̃ minꝰ vinculū ꝓpter ma
ius ſuꝑueniēs: ſ; tūc d; agere pniam de fide vl' iura
Octauꝰ mēto vl' ꝓmiſſiõe mētita. Octauus qñ minor ve-
nit ad etatē adultā ⁊ petit abſolui a vinculo ſponſa-
liū ⁊ dari ſibi licentiā nubēdi alij. Dicūt inſuꝑ iuriſ
periti ꝙ in duobꝫ caſibꝫ ſoluūtur ipõ iure. ſ. qñ alter
intrat religionē: ⁊ qñ alter cõtrahit cū alio ꝑ verba
de p̄ſenti: in alijs aūt oibꝫ caſibꝫ ſoluēda ſunt ꝑ iudi
Arguit̃ p̊o ciū eccl'ie: ecce q̃d ius det̃miat de iſto articulo. S;
cõtra p̊mū obijcit̃ cõtra primū caſum: imolantis eñ ex iniquo
caſum oblatio erit execrabilis: ſed ex iniquo imolat q̃ imo
lat alienū: g̊ nõ ē deo accepta. Alienū autē eſt qḋ eſt
alteri ꝓmiſſum ⁊ ꝑ ꝓmiſſum debitū: cū igit̃ ita debi
tus efficiat̃ ſponſus ꝑ ſpõſalia ⁊ ſpõſa viceuerſa: vi-
detur ꝙ deo ſe nõ põt imolare: ergo non põt intra-
2° re religionē. Itē ſi pecunie aliq̃s mihi efficeret̃ de-
bitor iſtā pecuniā qua efficeret̃ mihi nõ ſoluēdo imo
lare vel offerre nõ poſſet: ſed maiꝰ eſt debitū mr̄imo-
nij: ergo multo minꝰ offerri põt ꝑ qḋ efficit̃ alteri nõ
ſoluēdo: ſed ſi intrat religionē ꝓpter votū cõtinentie
efficit̃ impotēs ad ſoluēdū debitū matrimonij: ergo
In ꝯriū p̊o videt̃ ꝙ nõ debeat intrare religionē. In cõtrariū
huiꝰ eſt qḋ dicit̃ extra de cõuer. cõiuga. lib. iij. dicit
eñ Alex. tertiꝰ ex publico iſtrumēto ⁊c. ita: ceteꝝ q̃ꝛ
licet a p̄fato viro deſpõſata fuit (adhuc tñ ſic aſſerit)
ab ipſo eſt incognita mandamꝰ quatenꝰ p̄fatus vir
ip̄am nõ cognouerit carnaliter ⁊ eadem ad religio-
nē trāſire voluerit recepta ab ea ſufficiēti cautiõe ꝙ
vel ad religionē trāſire vel ad virū ſuū redire infra
duoꝝ menſiū ſpaciū debet ip̄am a ſententia qua te-
netur abſoluas: ita ꝙ ſi ad religionē trāſire voluerit
recepta ab ea ſufficiēti cautiõe vterq; reſtituat alte-
ri qḋ ab eo noſcit̃ recepiſſe ⁊c. ita ſane qḋ dñs in euā
gelio dicit: nõ licere viro niſi ob cauſam fornicatõis
dimittere vxorē ſuā intelligēdū eſt ſm interp̄tatõeꝫ
ſacri eloquij de his quoꝝ matrimoniū carnali copu
la eſt cõſūmatū ſine qua cõfirmari nõ p̄t. Ex his p̄ꝫ Arguit̃ p°
ꝙ ius veꝝ dicit in h̃ primo caſu. Ulteriꝰ querit̃ de ſe de ſcḋo caſu
cūdo: videt̃ eñ ꝙ ille ſit iniuſtꝰ: q̃ꝛ in dubijs tutior
pars eſt accipiēda vel tenēda: ſed tutius eſt ꝙ expe-
ctet: q̃ꝛ cū in expectando nullū fiat alteri p̄iudiciū: g̊
videt̃ ꝙ nõ ſint ſpõſalia ſoluta ex illa abſētia. Itē 2°
abſentia corpoꝝ in nullo repugnat vinculo ſpūali:
q̃ꝛ ex cõſenſu cõtractū eſt inter ſpõſos: ergo videt̃ ꝙ
ꝓpter abſentiā corpoꝝ nõ ſoluet̃ vinculū: qḋ eſt īter
eos: ergo nec ſpõſalia. In cõtrariū huiꝰ obijcitur In ꝯtrariū
q̃ꝛ extra lib. q̃rto de ſpõſalibꝫ ſic ſcribit Alexā. tertiꝰ
panormitano ep̄o: De illis aūt q̃ p̄ſtito iuramēto ꝓ
mittunt ſe aliquas mulieres ducturos: ⁊ poſtea eis
incognitis dimittūt terrā ſe ad partes alias trāſfe-
rētes: hoc tibi volumꝰ innoteſcere ꝙ liberū erit mu
lieribꝫ ip̄is: ſi nõ eſt ampliꝰ ꝓceſſum in facto ad alia
ſe vota trāſferre: recepta tñ de periurio pnia ſi ꝑ eas
ſteterit: quo minꝰ matrimoniū fuerit cõſummatū.
Ulteriꝰ querit̃ de tertio: videt̃ eñ ꝙ corꝑalis ne- Arguit̃ p̊o
ceſſitas nõ debet facere ꝙ aliq̃s cadat a ſuo iure: ſed de tertio
iſte ius acq̃ſiuit de cõtrahēdo matrimonio: g̊ videt̃
ꝙ ꝑ corꝑalē infirmitatē illud ꝑdere nõ debeat. Itē 2°
inuolūtariū qḋ hoiem cõpellit ſm Ariſto. meretur
ignoſcentiā ⁊ veniā: ergo multo magis id qḋ intulit
deꝰ: ſ; talis eſt neceſſitas iſtiꝰ infirmitatis: ergo vi-
detur ꝙ ſpõſa talia debet ignoſcere. Ulteriꝰ q̃rit̃ q̃ſtiūcula:
quare nõ ita dirimit febris vel q̃d tale: ſicut infirmi
tates ſupra memorate. In ꝯtrariū huiꝰ obijcitur In ꝯriū p̊o
ꝑ id qḋ dicit Urbanꝰ ſecūdus. lib. q̃rto de ꝯiugio le
proſoꝝ. lr̄as. ⁊ infra: q̃ꝛ poſtulaſti vtrū ſi poſt ſpon-
ſalia de futuro int̃ legittimas ꝑſonas cõtracta añq;
a viro mulier traducat̃: alter coꝝ lepre morbū incur
rat: alius ad cõſūmandū matrimoniū copula mari-
tali cõpelli debeat: reſpõdeo ꝙ ad eā accipiēdā cogi
nõ d; cū nõdū fuerit int̃ eos cõſūmatū mr̄imoniū.
Ulteriꝰ querit̃ de quarto caſu: ille eñ videt̃ oino Arguit̃ p̊o
iniuſtꝰ: ex pctõ eñ alteriꝰ nõ debet aliꝰ ab ipſo puni de q̃rto caſu
ri: ergo ſi alt̃ ſpõſoꝝ ꝑ fornicationē faciat affinitatē
nõ debet ille puniri qui nõ fornicat̃: ergo non debet
ꝑdere ius ſibi ꝑ ſpõſalia acq̃ſitū. Itē ponamus ꝙ 2°
ad hoc aliq̃s fornicet̃ cū cõſanguinea ſpõſe: vt ſoluat
ſpõſalia: ꝯſtat eñ ꝙ dolus nulli debet patrocinari:
g̊ nec iſti: g̊ nec iſte ꝑ dolū ſuū nõ deb; ꝯſeq̃ abſolutio
nē a ſpõſalibꝫ. In ꝯriū aūt obijcit̃ ꝑ h̃ qḋ dr̄. vij. q. In ꝯtrariū
v. ex ꝯcilio aurelian. Si q̃s ſpõſaꝫ filij ſui opp̄ſſerit
⁊ poſtea filiꝰ eiꝰ eā duxerit p̄r poſtmodū ñ habeat v- Quaſtiūcu
xorē/nec mulier viꝝ: filiꝰ qui p̄ris facinꝰ ignorabat la de eodē.
aliā accipiat. Ulteriꝰ q̃rit̃ de q̃rto caſu iſto vtrum Arguit̃ p̊o
ſufficit ꝓbare ꝑ ſolā famā: q̃ꝛ cū ſemꝑ potiꝰ iudicādū
ſit ꝓ mr̄imonio videt̃ ꝙ ſpõſalia ſtare debeāt: donec
certiſſime factū ꝓbet̃: g̊ nõ ꝓpt̃ ſolā famā ſpõſalia ſūt
ſoluēda. Itē fama ſepe eſt falſa: ⁊ g̊ videt̃ ꝙ nõ ſit 2°
ſoli fame credēdū. In ꝯriū huiꝰ eſt id qḋ habet̃ ex In ꝯtrariū
tra q̃rto lib. de cõſan. ⁊ affi. vbi Urbanus tertiꝰ ſic
ſcribit burḋ. archiep̄o Suꝑ eo ꝙ aſſerꝫ iuuenē puel
lā quādā nõdū nubilē fide īterpoſita deſpõſaſſe q̃ iā
facta nubil' eū repetit: ⁊ ille reſpuit dicēs ſe nõ debe
re eā ducere ꝓ eo ꝙ poſtq̃ꝫ puellā affidauit eādē car-
nalit̃ ꝓpinquā ipſiꝰ cognouit. Reſpõdeo ꝙ ſi mani

feſtū eſt iuuenē agnouiſſe ꝓpinquā ꝑdicte puelle: vł
ſi nō eſt manifeſtū: fama tñ loci hoc habet cū eēt ſpō-
ſa tm̄ mō de futuro: idē ab eius impetitiōe debet ab
Arguit̃ pº ſolui. Ulteriꝰ de quīto querit̃: qꝛ ille oīno nō vi-
de q̄nto ca- detur eſſe recipiēdus: qꝛ qđ ſemel iuſte factū eſt / pꝛo
ſu. nō facto haberi nō pōt: ergo videt̃ ꝙ nulla ſit abſo-
2º lutio qua ſe inuicē abſoluunt. Jtē qđ leuitatis eſt
nō debet admittere eccl'ia: ſꝫ maxie leuitatis eſt mō
contrahere ⁊ mō mutuo ſe abſoluere: g̊ iſte caſus ab
Jn ꝯtrariū eccleſia nō debet recipi. Jn ꝯtrariū eſt decretalis
ſupꝛa inducta extra de ſpōſalibꝫ. P̄ vbi dicit Jnno.
ſecūdus ꝙ ad inſtar eoꝝ q̄ ſocietatē fidei cōtrahūt ⁊
poſt eandē ſibi remittūt pōt in patiētia tolerari ſi ſe
Arguit̃ pº mutuo abſoluūt ita ⁊ illi q̄ ſpōſalia cōtraxerūt. Ul
de ſexto. terius querit̃ de ſexto ſi alter eoꝝ fuerit fornicatus
ex hoc em̄ nō vident̃ ſolui ſpōſalia ſimplicit̃: ſed tan
tū ad thoꝛi ſeparationē: vinculū tñ videt̃ debere ma
nere: qꝛ dñs dicit ꝙ qui dimiſſam duxerit fornicat̃.
2º Adhuc querit̃ vtrū ſit monēdus vt recipiat eā: vi
detur aūt ꝙ ſic: qꝛ infra habebit̃ ꝙ miſcđia eſt recipe
penitentē: ſed oīs homo monēdus eſt ad miſicoꝛdiā
ergo ⁊ iſte eſt monēdus vt recipiat illā que fornica-
3º ta eſt: vel ecōuerſo ſpōſa ſpōſum. Jtē tota die vide
mus hoc ꝙ ſpōſi fornicant̃: ⁊ tñ ſpōſe recipiūt eos iu
re ſponſaliū cōtractoꝝ: ergo videt̃ ꝙ iſte caſus nul-
Jn ꝯriū pº lus ſit. Jn cōtrariū huiꝰ eſt ꝙ etiā in matrimonio
cōſūmato vxoꝛ ſeparat̃ a thoꝛo ꝓpter fornicationē: g̊
2º multomagis ꝑ eā ſpōſalia annullari debēt. Jtem
ſponſos nihil adeo reddit odioſos / ſicut fornicatio:
ſed periculum eſt ſi odioſi ſibi inuicē cōtrahūt: g̊ vi
detur ꝙ talis caſus debet ſeparare ſiue ſoluere ſpō-
Arguit̃ pº ſalia. Ulteriꝰ obijcit̃ de ſeptimo: videt̃ em̄ ꝙ nō te
de ſeptimo neat ille: qꝛ poſteriꝰ nō debet infringere id qđ pꝛius
caſu factū eſt: ſed priꝰ facta ſunt ſpōſalia iuſte: ergo nō de
2º rogat̃ eis ſupueniēte matrimonio. Jtē ſi quis vē-
dat alij rē quā mihi priꝰ vēdidit: ſi ego ꝓbauero rē
illā pꝛius mihi venditā reſtituet̃ mihi: ergo a ſil'i ſic
eſt in ſpōſalibꝫ ⁊ matrimonio ſupueniēte: ergo in ta-
li caſu recedēdū eſt a matrimonio ⁊ redeūdū ad ſpō-
Jn ꝯriū pº ſalia. Jn cōtrariū aūt huiꝰ eſt decretal' Grego. ix.
q̄rto lib. de ſpōſalibꝫ. Si int̃ virū ⁊ mulierē ⁊c. ve-
rū ſi inter ipos acceſſit tm̄ ꝓmiſſio de futuro vtroqꝫ
dicente alteri: ego recipiā te in meā: ⁊ ego te in meū:
ſeu verba ſilia: ſi aliꝰ mulierē illā ꝑ verba de p̄ſenti
deſpōſauerit: etiā ſi int̃ ipam ⁊ pꝛimū iuramētū in-
teruenerit: ſicut diximꝰ de futuro huiꝰ deſpōſatiōis
intuitu ſecūdū matrimoniū nō poterit ſeparari: ſed
Arguit̃ pº eis eſt de violatiōe fidei pnīa iniūgēda. Ulteriꝰ q̄
de octauo. ritur de octauo ⁊ vltimo: qꝛ illđ nihil ad ꝓpoſitū vi-
detur: qꝛ ſicut ſup̄ habitū eſt minoꝛ etate debita nō
2º pōt cōtrahere ſpōſalia: g̊ nullus eſt caſus iſte. Jtē
ab eo qđ nihil ligat nō eſt petēda abſolutio: ſꝫ añ eta
tē debitā ſpōſalia nihil ligāt: ergo ab eis nō eſt petē-
Jn ꝯriū pº da abſolutio. Jn cōtrariū huiꝰ eſt decretal' Alex.
tertij q̄rto lib. de ſpōſalibꝫ. de ill' q̄ infra ānos aptos
matrimonijs ſpōſalia cōtrahūt / ſiue vterqꝫ ſiue alt̃
reclamet anteqꝫ ad annos mr̄imonio aptos ꝑuene-
nerint ⁊ poſtulēt ſeparari nō ſunt vllatenꝰ audiēdi.
Si vero alteruter iſtoꝝ ad annos pubertatis per-
uenerit infra eoſdē annos altero exiſtēte tñ ſpōſalia
cōtrahūt ſi is qui minoꝛis etatis eſt cū ad annos il-
los ꝑuenerit reclamauerit: nec in alteꝝ voluerit cō-
Solꝰo ſentire iudicio eccl'ie poterūt abinuicē ſepari. So
lutio dōm ꝙ in ſpōſalibꝫ cōtrahēdis attēdunt̃ plu-
ra: qñ em̄ pꝛomittit̃ in futurū de matrimonio ꝯtra-
hendo: illa ꝓmiſſio eſt ad ſolutionē matrimonij in-
determinato tēpoꝛe pubertatis ad bonū pꝛolis ī in-
diuidua vita ſuſcepte cū ꝑſona legittima ad cōtrahē
dū. Primꝰ igit̃ caſus dirimit ſpōſalia eo ꝙ interci-
dit moꝛs ſpūalis impotēs ad ſoluēdū qđ ꝓmiſit: ⁊ iđ
etiā alter ſoluit̃ a ꝓmiſſo. Secūdꝰ aūt caſus peccat
cōtra determinatū ſpōſionis tēpus: qꝛ tꝑe condicto
ſolutōis ꝓmiſſi nō cōpet. Tertius vero peccet in bo
nū pꝛolis ex ꝑte coꝛpoꝛis: qꝛ infirmis infirmi naſcū
tur: peccat etiā cōtra finē quēdā matrimonij q̄ ē col-
latio opeꝝ eo ꝙ vnꝰ homo ſibi eſt inſufficiēs in oꝑe ⁊
hūc finē matrimonij ponūt tres phi. ſ. Tulliꝰ Ariſto
telis ⁊ Aſpaſiꝰ: ſponſus em̄ infirmus cronica infir-
mitate nō pōt cōferre aliq̄d de oꝑibꝫ ſuis: vt leuioꝛa
ſint onera matrimonij. Quartꝰ aūt peccat cōtra le-
gittimitatē ꝑſonaꝝ cōiungēdaꝝ. Quintꝰ aūt cōtra
indiuiduitatē: hoc mō quo ſoluit ſpōſalia: qꝛ non oī
mō ſoluit vt infra patebit. Sextꝰ aūt cōtra bonū fi
dei peccat. Septimꝰ. qꝛ in oppoſitū ſtringit maioꝛi
vinculo: ⁊ ideo cōtrariū eſt indiuiduitati future in
mr̄imonio ꝓmiſſo. Octauꝰ aūt eſt eo ꝙ in cōtrahēti
bus nō fuit diſpoſitio debita: ſicut em̄ oīs foꝛma de
bitā diſpoſitionē requirit in materia: ita etiā faciūt
ſpōſalia: ⁊ vna illaꝝ diſpoſitionū eſt etas debita: vt
patet ex priꝰ habitis. Et ꝑ hoc pꝫ rō iuris: ſi q̄s ipm̄
ad vl'e ⁊ ad artē reducere voluerit: licet em̄ ſit poſi-
tiuū: tñ ſm̄ Tulliū nullū eſt ius poſitiuū qđ non ſit
ex rō ꝓfectū: qđ autē ex rōne ꝓfectū eſt ad rōnē ⁊ vl'e
pōt reſolui. Ad pꝛimū igit̃ dicendū ꝙ ille nō imo- Ad pꝛimū
lat ex iniquo: qꝛ ſoluunt̃ ſpōſalia ꝑ meliꝰ ⁊ maiꝰ vin de pꝛiocāu
culū: ſed ſi manētibꝫ ſpōſalibꝫ faceret tūc valeret ob-
iectio. Si aūt querit̃ quō ſoluūtur dicēdū ꝙ ipſo iu
re: ſicut lumie maioꝛe ſupueniēte offuſcat̃ lumē mi- Ad ſecūdū.
nus. Ad aliud dōm ꝙ ſecꝰ eſt de pecunia: ⁊ rō illa
in p̄cedēti articulo expedita eſt: ⁊ iđ nō valet illa ob-
iectio. P̄ inter ſpōſos vterqꝫ alteri eq̄liter debet ⁊ iđ
quātū iſte ſubtrahit qui intrat religionē tm̄ recōpē-
ſatur alteri per retētionē ſui debiti q̄ manet in ſecu-
lo: decretalis aūt adducta in oppoſitū eſt cōcedenda
⁊ ꝓbat caſum. Et eodē mō de oībus iuribꝫ eſt dōm
que in iſta q̄ſtiōe ſunt inducta. Ad id qđ vlteriꝰ q̄- Ad pꝛimū
ritur de ſecūdo dōm ꝙ dubiū determinat̃ ex modo de ſecūdo
ꝓmiſſiōis: qꝛ tp̄s certificat̃ ī ānis pubertatis. Un-
de extra lib. q̄rto de ſpōſalibꝫ p̄cipit̃ ꝙ tꝑe pubertatꝭ
vel infra duos mēſes debitū reddat ſpōſo vel intret
religionē: ⁊ ideo qñ tꝑe illo nō inuenit̃ ſpōſus abſol
uitur alter q̄ remanet ī terra. Ad aliud dicēdū ꝙ Ad ſecūdū.
abſentia repugnat effectui mr̄imoniali q̄ eſt copula
carnalis: ⁊ iđ etiā vinculo repugnat: ⁊ ideo ſoluunt̃
ſpōſalia. Ad id qđ vlteriꝰ querit̃ de tertio dicēdū Ad pꝛimū
ꝙ qñ eſt añ matrimoniū hmōi defectꝰ coꝛpoꝛis ſpō- đ t̃tio caſu.
ſos ſibi facit abhomiabiles: ⁊ illoꝝ indiuiduitas vi
te eſt amara: ⁊ ideo meliꝰ eſt vt nō cōiūgant̃: qꝛ ma-
los exitꝰ talia cōnubia ſoꝛtiunt̃: ⁊ qꝛ pꝛoles ex ꝑte
coꝛpis đſtrueret̃ ſꝫ ſi ſupuenerit mr̄imoniū tūc tene
ret illud qđ obiectū eſt. Cū em̄ ſponſalia nō ſint niſi
diſpō ad matrimoniū faciliꝰ ſoluūtur q̄ꝫ mr̄imoniū Ad ſecūdū.
Ad aliđ dōm ꝙ neceſſariū tale ſiue īuolūtariū in
actu meret̃ veniā ⁊ ignoſcētiā: ſed in ꝯtractibꝫ ſecus
eſt: qꝛ ibi attendit hō vtilitatē ꝓpꝛiā: ⁊ iđ cauet ſibi a
ꝯtractu indelectabili ⁊ nociuo. Ad aliud dōm ꝙ cro Ad queſtiū
nice egritudines ⁊ generātes hoꝛroꝛē: ⁊ impotentiā culā.
coopandi ad onera mr̄imonij ſubleuāda ſoluūt ſpō

ſalia:ſed febꝛes ⁊ huiuſmõi tꝑales ſunt:⁊ iõ non ſol-
uũt:q꞉ nõ ſemꝑ reddunt impotẽtes:ſed ad tp̃s bꝛeue
Ad pꝛimũ de 4º ⁊ modicũ. Ad id qꝺ obijcit̃ de quarto dõm ꝙ qui
fornicat̃ perdit ius ſuũ ⁊ alteri efficit̃ abhominabilis
⁊ iõ dat̃ ei licentia ꝙ nõ teneat̃ ſpõſalibꝫ niſi velit:vñ
nihil de ſuo iure perdit:ſed potius lucrat̃ libertatem
Ad 2m ab eo qui ſe deo ⁊ ſibi reddidit abhominabilẽ. Ad
aliud dõm ꝙ dolus ei nõ patrocinat̃:ſed nocet quã-
do ius ſuũ perdit:⁊ hoc in fauoꝛẽ alterius q̃ nõ pec-
Ad q̃ſtiũculã de eodẽ caſu. cat eſt inductũ:vt dictũ eſt. Ad id qꝺ vlteri⁹ queri
tur vtrũ in tali caſu ſufficit pꝛobare ſolã famã: dõm
ꝙ ſic:q꞉ crimẽ p̃cipue cõturbat ſponſos/⁊ facit odio-
ſos ſibi: ⁊ ideo defacili permittit̃ ſeparatio ꝓpter cri
Ad duo obiecta i ꝯ̃riũ. mẽ illud. Ad hoc autẽ qꝺ in cõtrariũ obijcit̃ dõm
ꝙ hoc eſt verꝫ de matrimonio:ſed ſpõſalia nõ ſũt ma
trimoniũ:vt ſup̃ patuit:⁊ iõ ꝓpter periculũ futurꝫ qꝺ
ex odio generari cõſueuit/etiã ꝓpter ſolã famã admit
Ad pꝛimũ de 5º caſu tit̃ ſeꝑatio ſponſaliũ. Ad aliud dõm ꝙ ille caſus a
quibuſdã nõ ponit̃:⁊ rñdent ad decretalẽ inductam
ꝙ nõ eſt decretal' nec cõtinet ius:ſed loquit̃ de ꝑmiſ-
ſiõe cõꝑatiua:hoc eſt ꝙ ſicut ꝑmitti t̃ violatio ſocieta
tis ne maius malũ fiat:ita etiã ſol'o ſpõſaliũ ꝑ hoc ꝙ
vterq꞉ aliũ abſoluit ne in odio cõuenientes ſe adinuicẽ
interficiãt. Poſſet tñ dici ꝙ caſus iſte tenet cũ pñia
moueret̃ de ꝓmiſſo.tunc eñ ſignũ eſt ꝙ nõ bñ cõue-
niũt:⁊ iõ tunc eccl'ia patit̃ ꝙ magis agat ſeꝑationem
Ad obiecta ad pꝛimũ. ipoꝝ. Ad id autẽ qꝺ cõtra obijcit̃ dõm ꝙ ſponſalia
nõ dicunt aliq̃d ꝑfecte factũ:ſed poti⁹ faciendũ:⁊ iõ
pñt reuocari:q꞉ quantũ ad p̃ncipale qꝺ eſt in eis de-
Ad 2m pendẽt in futurũ. Ad aliud dõm ꝙ in veritate ta-
liter ſe abſoluentes nõ cauent vota:tñ eccl'ia patit̃ p̃
Ad pꝛimũ de 6º et 2m dicta ex cauſa. Ad id qꝺ obijcit̃ de ſexto dõm ꝙ ſe-
cus eſt in matrimonio ⁊ ſpõſalibus:q꞉ in matrimo-
nio nõ põt fieri cõiunctio ad aliũ:⁊ iõ monet̃ vt rede
at ad ſuũ ne in ꝑiculo ſit caſtitas ſua:ſed in ſponſalibꝫ
põt fieri cõiũctio ad aliũ/ ⁊ iõ ſoluunt̃:⁊ iõ monet̃ q꞉
tales ſibi inuicẽ ſunt odioſi:⁊ ꝑ hoc patet etiã ſolutio
Ad 3m ad ſcꝺm. Ad aliud dõm ꝙ aliter eſt in maſculis/⁊
aliter in feminis:q꞉ maſculus habet ad libidinẽ im-
pellens magis q̃꞉ femina:⁊ iõ minus turpe eſt de ma
ſculo ſi fornicet̃:⁊ iõ de gr̃a maſculi a feminis facili⁹
Ad pꝛimũ de 7º recipiunt̃:ſed non de iure. Ad id qꝺ vlteri⁹ obijcit̃
de ſeptimo dõm ꝙ matrimoniũ eſt mai⁹ vinculũ ſu-
perueniẽs:⁊ iõ qñ ſtringit in oppoſitũ vinculũ ſpon-
Ad argum. ſaliũ rumpit̃. Ad obiectũ autẽ dõm ꝙ ſi in omib⁹
eſſent equalia tunc teneret obiectio:ſed inequalia ſũt
Ad 2m vt iã dictũ eſt. Ad aliud patet ꝙ nõ eſt ſil'e:ſicut ſu
Ad pꝛimũ de 8º caſu. pꝛa expeditũ eſt. Ad id qꝺ vlterius obijcit̃ de octa
uo dõm ꝙ ibi eſt modus ſponſaliũ:licet non materia
pꝛo toto:ſ꞉ pꝛo altera parte tm̃:⁊ iõ in tractatu de ſo
Ad 2m. lutione ſponſaliũ ponit̃ iſte caſus Ad aliud dõm ꝙ
q꞉ videbat̃ appꝛobare in annis deputatis ad ſpõſa-
lia cõtrahenda:⁊ ꝓpter bonũ exemplũ petit abſolui:
⁊ nõ iõ ꝙ ſciat ſe eſſe ligatũ perſone tali.

## Qꝺ aliter accipitur in his alijs capitulis ſponſa.

Hec etiã ſponſa eſt q̃ ſic viro deſponſata eſt
vt nõ interceſſerit cõſenſus de pñti:ſed ſpon
ſio futuri. Scꝺm quẽ modũ illud decretũ i-
telligit̃: Si q̃s ſpõſã filij oppꝛeſſerit: ⁊ poſt fi
lius ei⁹ eã duxerit: pat' poſtea nõ hẽat vxo-
rẽ:nec mulier virũ:fili⁹ q̃ patris facin⁹ igno
rauit aliã ducat:ſi cõiũx illa fuiſſet:qꝺ vtiq꞉
foret ſi in ſponſalib⁹ pactio cõiugalis inter-
ceſſiſſet:nõ ꝑmitteret̃ ſpõſo aliã ducere me-
chis autẽ pena nõ nubẽdi ex rigoꝛe infligit̃:
vt alij terreant̃. Idẽ ex eodẽ: Quidã deſpõ
ſauit vxoꝛẽ ⁊ dotauit: ⁊ cũ ea coire nõ potu-
it quã clanculo frater ei⁹ coꝛrupit ⁊ grauidã
reddidit:decretũ ẽ vt q̃uis nupta nõ potue
rit eſſe legittimo viro deſpõſata:tamẽ fratri
frater habere nõ poſſit:ſed mechus ⁊ mecha
fornicatiõis quidẽ vindictã ſuſtineãt:licita
ꝟo eis cõiugia nõ negent̃. De illa deſponſa
tiõe hoc intelligi debet vbi nõ fuit cõſenſus
cõiugalis de pꝛeſenti:alioq̃n non liceret eis
talia ſoꝛtiri cõiugia. Scꝺm hoc etiã illud in-
telligi debet. Statutũ eſt a ſacro cõuentu vt
ſi quis ſponſam alteri⁹ rapuerit publica pe-
nitẽtia mulctet̃: ⁊ ſine ſpe cõiugij maneat: ⁊
ſi ipſa eidẽ crimini cõſentiens nõ fuerit licen
tia nubendi alteri nõ negetur. Apparet hãc
fuiſſe deſponſatã ſine pactiõe cõiugali de p̃-
ſenti: ⁊ iõ nõ fuiſſe cõiugẽ cui viuente ſpõſo
alteri nubendi licentia nõ negat̃. Sunt eñ q̃ a
dã nuptialia pacta de futuro: ex quib⁹ ſpon
ſi ⁊ ſponſe vocant̃:nec exinde cõiuges ſunt.
Et eſt pactio quedã cõiugalis de pꝛeſenti: q̃
ſponſum ⁊ ſpõſã etiã cõiuges facit: ⁊ vtraq꞉
pactio deſponſatio vel ſponſalia interdum
dicunt̃:pꝛopꝛie tamẽ ſponſalia dicunt̃ que-
dam ſolẽnia pacta nuptialia.

## Quare nõ ſtatim tradãtur ſponſe.

De nuptialibus pactis vbi eſt tm̃ ſponſio fu Aug. ibidẽ ca. inſtitutũ
turi ait Auguſtinus: Inſtitutũ eſt vt iã pa-
cte ſponſe nõ ſtatim tradant̃:ne vilẽ habeat
maritus datã quã ſuſpirauit ſponſus dilatã

An dicant̃ ſponſalia a ſponſa de futuro vl' Arti. XVII
de pꝛeſenti vel de ſolẽnitate nuptiarum. S

Einde querit̃ de hoc qꝺ dicit ibi: [Sunt eñ
d quedã nuptialia pacta ⁊c.] s̃.a. Hic eñ colli
git̃ ꝙ tripliciť dicat̃ ſponſa.ſ.de futuro ⁊ de p̃
ſenti/⁊ ſolẽnitas nuptiaꝝ. Et dicit magiſter ꝙ vlti-
mo mõ pꝛopꝛie ſponſalia dicunt̃. videt̃ autẽ falſum Arg. p̃mo.
ex decreto Nicolai pape ſup̃ inducto:vbi dicit ꝙ ſpõ
ſalia ſunt futuraꝝ ꝓmiſſiones nuptiaꝝ:ğ pꝛimo mõ
pꝛopꝛie dicunt̃ ſponſalia ⁊ ſponſa vt videt̃. Item 2º
h̃ videt̃ ſonare nomẽ:vt s̃ habitũ eſt:ğ mentit̃ in lr̃a. Queſtiũcl'a pꝛima.
Vlteri⁹ q̃rit̃ hic vtrũ equoce vl' vniuoce dr̃ de his
tribus. Videt̃ autẽ ꝙ equiuoce: q̃a diſtinguit in lr̃a Arg. pꝛimo
vocẽ ſponſaliũ in ſuas ſignificatiões:talis autẽ diſti
ctio nõ cõuenit niſi equiuoco:ğ eſt equocũ. P̃ nul- 2º
lus diſtinguit ſic ꝙ hõ aliter ſignificet ſoꝛtẽ/ ⁊ aliter
platonẽ:ſ꞉ magiſter dicit ꝙ aliter vnũ ſignificet: ⁊ ali
ter aliud:ğ eſt equiuocũ. In cõtrariũ hui⁹ obijcit̃ In ꝯ̃riũ
ab vna eñ ſponſiõe dicit̃ quocũq꞉ modo dicat̃:ğ vnã
habet rationẽ:ğ eſt vniuocũ. Rñſio ꝙ ſponſalia ꝓ Solutio.
pꝛie dicũt̃ pacta futuraꝝ nuptiaꝝ cũ ſolẽnitate facta ad duo pꝛima obiecta

⁊ iō qđ dicit magiſter nō intelligiť de ſolēnitate ſola
ſed potius cōcretiue de ſponſione ſolēni futuraꝝ nu/
ptiaꝝ: ⁊ per hoc patet ꝙ nō eſt cōtrariū p̄habitis:
Ad q̄ſtiūcu/lam cū obiectis. ⁊ per hoc ſoluunť duo p̄ma Ad aliud dicendū ꝙ
nec vniuoce diciť de his: nec etiā equiuoce: ſed potiꝰ
per analogiā ad vnū: vt ꝓbat vltima obiectio. Ana/
logon eñ diciť de pluribus diuerſis modis reſpiciē
tibus ad vnū: ⁊ iō diſtinguit magiſter in lr̄a modos
diuerſoꝝ ſponſaliū: ⁊ hec eſt ſol'o omniū queſitoꝝ.

Arti. XVIII An in ſpōſalibus debeat eſſe terminus ad
ſolēniſandum matrimonium.

T Einde queriť de hoc quod dicit ibi: [De nu/
D ptialibus pactis vt eſt ſponſio futura. ⁊c̄.]
Argu. p̄o. Uideť eñ ꝙ nulla ſit cauſa quā aſſignat ī lr̄a:
quia iſtud vt dicit autor intelligiť de ſponſalibus in
futuꝝ p̄omiſſis: ſponſalia aūt nō cōtrahunť in futu
rū: q̄ nō eſt ſufficiēs etas cōtrahentiū: nō ğ cauſa eſt
ꝙ nō exhibeť ſtatim vt deſideret dilatā: ſed q̄ nō eſt
2o ſufficiens etas ac habitus corporis ad matrimoniū
cōſumandū. Itē videť eſſe cōtra apl'm. I. Coꝝ. 7.
Melius eſt nubere q̄ṽ vri: cū igiť in dilatiōe alť con/
3o iugū vrať vel ambo melius eſſet ꝙ ſtatim exhibereť.
Itē oīs dilatio eſt ad terminū aliquē q̄ eſt in cōtra
ctibus humanis: videť ğ ꝙ huic dilatiōi deberet ter
Solutio minꝰ aſſignari. Rn̄ſio dōm ꝙ ſancti patres a p̄n/
Ad p̄imū. cipio ita cōſtituerunt: vt lr̄a cōtinet: ⁊ propter cauſā
q̄ in lr̄a aſſignať. Ad p̄imū autē dōm ꝙ frequen/
ter etiā habentes etatē cōtrahunt ſponſalia de futu/
ro/⁊ de illis puto ꝙ loquať: ⁊ hoc patet per hoc quia
paruuli ante etatē cōtrahentes nō ſuſpirarēt ad di/
Ad 2m. lationē nuptiaꝝ. Ad aliud dōm ꝙ nō diu differt:
⁊ ideo nō p̄t multū exardeſcere cōcupiſcētia: non dif
ferť aūt niſi ad duos menſes: vt patet ex ſuperius in
ducta decretali: ſi tn̄ nimis p̄iculoſe creſceret tēptatō
melius putarē ego ſaluo iudicio maioris ꝙ ſtati ma/
Ad 3m trimoniū cōſumareť. Ad vltimū dōm ꝙ tēpꝰ con
trahentiū habentiū etatē p̄efixū eſt a iure. ſ. ad plus
duo menſes vel vnus: vt ſupra patuit.

## Que ſponſa ſit vidua mortuo ſponſo ⁊ que non.

Et eſt ſciendū ꝙ illa ſponſa que tm̄ in futu=
Aug. in li. confeſſio. ⁊ habeť. 27. q. ij. a ro eſt pacta: mortuo ſponſo nō remanet vi=
dua: q̄ nō fuerat vir eiꝰ: vñ ſi q̄s eā duxerit
ad ſacros ordīes ꝓcēdere nō ꝓhibeť: q̄ nō
duxit viduā. Uidue eñ maritus eque ſicut
bigamꝰ ſacerdos fieri prohibeť. Ex tali aūt
copula nullus arceť a ſacris ordinibus.

## Qui alterius ſponſam eo mortuo ducit ad ſacros ordines accedere poteſt.

Scđm hoc intelligendū eſt qđ ait Pelagius
Pelagius papa. diſti. xxxiiij. cap. vltimo. papa de illo qui mortuo ſponſo eius ſponſā
ducit ī vxorē. Nihil eſt inq̄t quantū ad hūc
articulū attinet: qđ ei obuiet de canonicis ī=
ſtitutis: quin ad ſacros ordines promoueri
valeat. Si vō talis ſponſa fuiſſet inter quā
⁊ ſpōſū cōſenſus de p̄ſenti interceſſiſſet eo
mortuo vidua remanſiſſet: cui copulatus in
cōiugio vlterius ad ſacros ordines nō acce=
deret cū viduam duxerit: nō eſt ergo ambi=
gendum quin ſolus de p̄ſenti cōſenſus cō=
iugiū efficiat: ⁊ exinde veri coniuges appel
lentur. Ideo poſt talem ꝯſenſum ſi quis alij
ſe copulauerit: etiam ſi carnis cōmixtio illic
ſequať ad p̄iorē copulā reuocandus eſt.

An definitio bigamie ſit bene aſſignata Arti. XIX
Einde queriť de hoc qđ dicit ibi: [Uidue eñ V
D maritus eque ſicut bigamꝰ ſacerdos fieri p̄/
hibeť. ⁊c̄.] ſ. a. Queruntť autē hic q̄ttuor de
bigamia. Primo q̄d ſit ⁊ vnde dicať. Scđo q̄t mo/
dis fiat Tertio qua ratione ei irregularitas adiūga
tur. Quarto vtꝝ illa irregularitas admittat aliquā
diſpenſationē Ad p̄imū hoꝝ p̄cediť ſic: dictum
aliquoꝝ eſt ꝙ bigamia eſt diuiſio vnius in nō vnam
vxorē vel vxores. Uideť aūt ꝙ hec diffinitio nō va/ Arguiť p̄o
let: q̄ bigamia opponiť monogamie: ⁊ monogamꝰ
diuidiť: ğ bigamia nō eſt diuiſio vnius. ⁊c̄. Proba/
tio medie: oē id qđ vniť alteri a ſe/oportet ꝙ in ſe diui
dať: ſed oīs homo adherēs vxori vniť alteri a ſe: ğ di
uidiť in ſeipō. Si forte dicas ꝙ diuidiť in vnam: Sol'o.
Cōtra. probatio ꝙ nō: q̄ ipā etiā diuiſa eſt a ſe/⁊ vni Obiectio
ta viro qui cōmiſceť ei: ğ diuidiť in nō vnā. Itē ni 2o
hil videť dictū in nō vnā: q̄ dicit Boetius ꝙ oīs res
eſt vna: ğ oīs vxor eſt vna vxor: nullus ğ diuidiť in
nō vnā. Itē oē qđ eſt (vt probat p̄hus) eſt vnum 3o
vel multa: ğ ⁊ vxor vel femina in quā diuidiť iſte eſt
vna vel multe: cōſtat ğ ꝙ non multe: ğ vna: falſum ğ
eſt ꝙ aliquis diuidať in nō vnā Itē nunq̄ṽ dicimꝰ 4o
aliquid diuidi in plura que nō ſunt: ſed in plura que
ſunt: ſi ğ nullꝰ diuidatur in plures vxores que ſunt
nullus diuidetur in plures vxores/ſcilicet que non
ſimul in eodē tempore ſunt: ſed vna deceſſit ⁊ alia ſu/
pereſt: ille vxores plures nō ſunt: ergo qui p̄imo ha
bet vnā/⁊ poſt mortē illius aliā videť ꝙ ipē nō ſit di
uiſus in plures. Itē hoc videť ex verbis apoſtoli 5o
Rom. 7. et. I. Coꝝ. 7. Mulier ſubiecta eſt legi viri
q̄ṽdiu vir eius viuit: ſed diuiſio eſt ex lege: ğ cū abſol/
uiť a lege abſoluiť a diuiſione: ğ poſt mortē eius non
eſt diuiſus in eā: ſi ğ tunc in vnā poſtea ductā diuida 6o
tur nō videť eſſe diuiſus in plures. Itē obijciť de
hoc qđ dicit vxorē vel vxores: diuiſio eñ ſequiť vni/
us ſeparationē: quia ita dicit Ariſtote. ꝙ numeꝝ co/
gnoſcimus diuiſione cōtinui: ſed huiuſmodi vnio eſt
etiā ad meretricem: vt diciť. I. Coꝝ. 6. An neſcitis q̄/
niā qui adheret meretrici vnū corpus efficiť: ğ cōſeq̄
tur talis diuiſio: ſi pluribꝫ fornicario cōcubitu cōiū/
gať: ğ qui cū pluribꝫ fornicať eſt bigamꝰ: qđ falſum
eſt. Reſponſio dōm ꝙ ſuperiꝰ inducta diffinitio ē Solutio
ſatis bona. Diciť eñ bigamꝰ a bis ⁊ gamos qđ eſt
mulier in greco/quaſi diuiſus bis iteratus in mulie
rē: ſicut etiā monagamꝰ nō ſic iteratus/⁊ trigamus
ter iteratus/⁊ quadrigamꝰ/⁊ pentagamꝰ/⁊ exaga/
mus/⁊ heptagamus/⁊ poligamꝰ. Ad p̄imū ğ di Ad p̄imū.
cendū ꝙ ſep̄atio q̄ ineſt bigamie vnitati ſacr̄i opponi
tur: vnitas aūt ſacr̄i eſt indiuiduitas ſigni: ⁊ hec nū/
q̄ṽ melius q̄ṽ ex ſignato cognoſciť. ſignatū autem eſt
duplex. ſ. vnio ſpūs fidelis cū ſpū increato: ⁊ vnio di
uine nature cū humana in vna p̄ſona xp̄i: ⁊ p̄ma q̄/
dem ſignificať p̄ indiuiduitatē cōſenſus. ſcđa autē p̄
indiuiduitatē carnis: vt ſupra patuit in diſtinctione

ꝓbabita. Dicendū est igit indiuiduitatē signi nihil aliud esse ꝗ̄ indiuiduitatē cōsensus: ⁊ coniunctionis carnalis. Est autē indiuiduitas cōsensus a duobus scʒ ꝙ fit ab indiuiduo ⁊ indiuisoꝝ: ⁊ ab eisdē duobus causat indiuidua cōiunctio carnis: indiuiduus autē nullꝰ est nisi qui ī se est indiuisus: ⁊ similit indiuidua nulla est mulier nisi que est in se indiuisa: ⁊ hec sola est que nullā vnꝗ̄ in aliū habuit cōiunctionē per copulā indiuiduale: ⁊ sic patet ꝙ bigamia est ꝑuatio huꝰ copule indiuidualis: eo ꝙ bigamia sit priuatio indiuiduitatis sicut cecitas est priuatō visus: vnde patet ꝙ monogamus nō habet priuationē indiuiduitatis quia cū vnica nō est nisi vna indiuiduitas nō separa.

**Ad ꝓbatōʒ** Ad aliud dōm ꝙ ipa est vnica in hmōi indiuiduitate si virgo fuit quādo traducta est: eo ꝙ indiuiduitas est matrimonij: vt dictū est potius ꝗ̄ vnius in se persone: quia est sacri ⁊ signi. **Ad obiectōnem.** Ad aliud dōm ꝙ vnum quādoqʒ dicit vnitatē suppositi / ⁊ qn̄qʒ vnitatē accidentis: ⁊ similit fit negatio siue priuatio in nō vno: dōm igit ꝙ hic negat accñs ſm ꝙ vna in tali signi indiuiduitate ⁊ vnitate dicit que vniꝰ fuit vel est: ⁊ nō vna que pluriū fuit vel est: licet semꝑ sit vna ſm suppositū **Ad 2m** Ad aliud dōm ꝙ si li vnū dicat vnitatē suppositi tunc veꝝ est ꝙ nihil est qđ nō sit vnū: q2 omne qđ est tm̄ vnū est. Si aūt dicat vnitatē accñtis oppositi diuisioni predicto tunc multe sunt mulieres que nō sunt vne: q2 nō sunt vnice vnius: sicut accipit Cāticoꝝ. 6. Una est colūba mea: vna est genetrici sue dilecta: hoc est vnica. **Ad 3m** Ad aliud dicendū eodē modo **Ad 4m** ꝙ de vnitate suppositi intelligit. Ad aliud dicēdū ꝙ bene diuidit aliquid in ea que nō sunt: sed que fuerunt: licet em̄ non maneat mulier in quā diuisus est vir prius: tamē diuisio manet in ipo quando cōiunctus est sequenti: ⁊ hoc patet respiciendo in signato ꝑ indiuisionē matrimonij: quia vnitas naturaꝝ ī xpo nō est nisi inter duo extrema ⁊ semel: pōt igit tripliciter nō signū respondere signato. s. si sit quasi vnꝰ: sed nō vna: vel si vna / sed nō vnus: vel si nō semel / sed iste tertius modus nō potest esse inter eūdē virū ⁊ eandē mulierē: quia sacramēta nō iterant super eandē numero materiā: ⁊ ita patet ꝙ sic duobꝫ primis modis forma etiā argumentandi nō valet: quia instantia est quia si aliqđ primo diuidat vt lignū in ignē: igne em̄ nō exñte diuisio adhuc manet ī ligno: ⁊ si postea diuidat erit bis diuisū: ⁊ nō erit ibi diuisio nisi vnꝰ ī vnicū: quia licet primū cū scđo nō sit ſm rem: est tamē ꝗ̄ ad effectū quē relinquit in eo in qđ ipm diuisum est.

**Ad 5m** Ad aliud dōm ꝙ apl's intelligit de lege redditōis debiti ⁊ obedientie / ⁊ nō de effectu qui relinquitur ī **Ad 6m** viro etiā post mortē mulieris. Ad aliud dicēdū ꝙ dupliciter est vnio inter virū ⁊ mulierem. s. carnalis operis ⁊ indiuiduitatis signi. Prima est cū qualibet muliere que carnaliter cognoscit. Scđa aūt est cum legittime cōiuncta tm̄: ⁊ ideo sola illa potest facere bigamiā: alia em̄ non facit nisi per coniunctionē ad istā de iure vel de facto cōsumato: vt infra patebit.

**Arti. XX X**

## Quot modis sit bigamia.

Ecūdo querit quot modis fiat bigamia: sūt aūt super hoc a iure notati quattuor modi: ⁊ illi primū accipiant / ⁊ postea obijciat contra illos. Primus est qui ⁊ proprius est qn̄ aliquis successiue duas vxores hēt quas ambas carnalit cognouit. Secundus aūt improprius modus est quādo duas simul habuit / vnā de facto / ⁊ alterā de iure Tertius est quādo vnā habuit de iure ⁊ illa mortua aliā duxit de facto ⁊ nō de iure. Quartus est qn̄ aliquis cōtrahit cū corrupta. Obijcit aūt primo cō- **Arg. primo ꝯ pꝫm modū** tra primū modū: nunꝗ̄ em̄ duabꝫ cōiungit qui coniungit vni / ⁊ nō cōiungit alij nisi solutus ab illa: sed taliter cōiungit ille qui accipit duas successiue: ꝗ videt ꝙ nunꝗ̄ ꝯiungit duabꝫ: ꝗ nunꝗ̄ efficit bigamꝰ

Itē in antiquis temporibꝫ simul vni plures con- **2o** iungi poterāt in vno vxorio affectu: ꝗ multo magis plures successiue possunt cōiungi vni in vno vxorio affectu: sed vni affectui vxorio respondet vna indiuiduitas sacri: ꝗ in vna indiuiduitate sacri potest aliqs cōiungi pluribus successiue: cū igit bigamia non fiat nisi a violatione huius indiuiduitatis: videt ꝙ talis nō efficiat bigamus. Itē qui nunꝗ̄ est nisi vnius **3o** nunꝗ̄ efficit bigamus: sed ille nunꝗ̄ est nisi vniꝰ solius: ꝗ ⁊c. Probatio: quia nō est dare tempꝰ in quo ille sit duaꝝ: ꝗ habet propositū. In cōtrariū huꝰ **In ꝯriū ꝑo** est qđ habet in decretis vbi sic dicit Hiero. Aperiāt queso aures obtrectatores mei / ⁊ videant secūdas ⁊ tertias nuptias in dn̄o cōcessisse. ⁊c. Et ita nō dāno bigamos / immo nec trigamos: sed si dici pt nec octogamos. Ex hoc accipit ꝙ est bigamus qui scđas vel deinceps nuptias consumat: ꝗ ille est vnus ⁊ prius modus bigamie. Ulterius querit de casibꝫ qui se- **Questiūcla prima.** pe sumunt iuxta hunc modū. Pono em̄ ꝙ aliqs du- **Arg. pmo.** cit vnā ꝑ verba de presenti / ⁊ anteꝗ̄ consumet matrimoniū illa morit: ⁊ postea ducit aliā ⁊ illā cognoscat carnaliter: videt em̄ ꝙ ille sit bigamus per ea que expresse dicunt in lrā ex verbis magistri ⁊ distinctōne Nicolai pape que sit in littera inter contrahentē cum spōsa alicuius defuncti que fuit per verba de futuro **In ꝯriū** ⁊ illa que fuit sponsa per verba de presenti. In cōtrariū aūt huius obijcit id qđ Innocē. tertiꝰ scribit meten episcopo li. I. extra de bigamis: Debitū pastoralis officij. ⁊c. et infra cū ꝗ propter sacri defectū inhibitū sit ne bigamus aut maritus vidue presumat ad sacros ordines promoueri: quoniā nec illa est vnica vnici: nec iste vnus vnius profecto vbi deficit inf hmōi cōiuges corporis cōmixtio nō deest isti cōiugi signaculū sacramēti: vnde is qui mulierē ab alio viro ductā sed minime cognitā duxit vxorē: q2 nec illa / nec ipe carnē suā diuisit in plures: propter hoc impediri nō debet quin possit ad sacerdotium promoueri hec decretalis valde est notabilis: q2 abrogat per eā **Arg. pmo de 2o casu** qđ dicit magister in isto capitulo Ulterius querit de secundo: ille em̄ nō videt esse casus: q2 nō est defectus sacramēti vbi nullū est sacramentū: sed cū ea cū qua cōtraxit / de facto nullū est sacramentū: ergo nō videt ꝙ propter hoc fiat defectus sacramēti. Item **2o** absurdum esset dicere ꝙ cōmixtio ad meretricē hēret significare copulationē naturaꝝ in vna persona xpi: ꝗ illa adhesio qua adheret mulieri de facto nō habet indiuiduitatē aliquā cuiꝰ signū est: q2 separat ab ea quādo voluerit: ꝗ videt ꝙ ille nunꝗ̄ habet nisi vnā indiuiduitatē cū vnica: ꝗ ipe nō debet reputari bigamus. In cōtrariū huius est qđ dicit Hiero. 31. q. **In ꝯriū ꝑo** I. Quō virgibꝫ. ⁊ infra Primꝰ lamech sanguinariꝰ atqʒ homicida vnā carnē in duas diuisit vxores / fratricidiū ⁊ bigamiā: eadē cathaclismi pena deleuit. ⁊c Ex hoc accipit ꝙ qui habet duas simul nō de iure sicut lamech qui nō habuit de iure / nec de diuina inspiratione bigamus dicit a Hieronymo. Ad idē **2o**

facit id qđ habe᷑ diſ.xxxiiij.ex ꝯcilio toleta. Chriſtia-
no nõ dicã plurimas:ſed nec duas ſimul habere lici-
tũ eſt:niſi vnã tm̃/aut vxorẽ/aut certe loco vxoris:ſi
cõiunx deeſt cõcubinã.ceteꝝ ſi nõ talis cõcubina fue
rit:⁊ etas illius de quo agi᷑ future incõtinẽtie ſuſpi-
tionẽ auferre dinoſci᷑ apoſtolica cõceſſiõe ad ordinẽ
dyaconatus prouehi poteſt:ex hoc accipi᷑ a ꝯtrario
ſenſu ꝙ ſi cõtraxit de facto cũ ſcđa ꝙ prohibe᷑ ab or-
dine/⁊ nõ niſi ꝓpter bigamiã:g̃ iſte talis eſt bigamꝰ.
3º Ad idẽ eſt qđ habe᷑ extra de diuor. gaudemus:⁊
eſt longa decretalis:ſed ibi dici᷑ ꝙ nulli licet duas ſi
mul hẽre multo minus g̃ vnã de iure/⁊ aliã de facto
Queſtiũcl'a quin ipẽ bigamus repute᷑. Ulteriꝰ queri᷑ de ca-
ſcđa. ſibꝫ qui reducun᷑ ad illũ:ponamus g̃ ꝙ habeat vnã
Arg.ꝓmo de iure:ſed nõ cõſumauit cũ illa matrimoniũ:ſed tm̃
cũ ea ꝯtraxit matrimoniũ per verba de preſenti/⁊ cũ
alia ꝯtraxit de facto ⁊ cognoſcit eã: vide᷑ ei ꝙ iſte ſit
bigamꝰ:quia ipẽ aut de iure aut de facto hẽt duas:
2º ⁊ qui duas hẽt eſt bigamus:g̃ iſte eſt bigamꝰ Itẽ
indiuiduitas cõſenſus ſignificans indiuiduitatẽ aĩe
fidelis cũ deo ſalua᷑ in illa quã habet de iure: ſed cũ
alia eſt etiam quedã indiuiduitas carnis:g̃ ipſe non
eſt vnicus vnius:ſed potius duplex duaꝝ:g̃ nõ ſal-
3º ua᷑ in eo ratio ſacramẽti:g̃ ipẽ eſt bigamꝰ. Adhuc
ponamꝰ ꝙ ipẽ reuerta᷑ ad primã quã habet de iure
cõſtat ꝙ ipẽ tunc eſt bigamus/ cũ igi᷑ ante reditum
plus peccet cõtra deũ ⁊ cõtra matrimoniũ:vide᷑ ꝙ
In ꝯtriũ ꝓº tunc magis debeat bigamus reputari. In cõtra-
riũ eſt ꝙ iſte actu carnẽ ſuã in plures nõ diuiſit:ſ; ſm
decretalẽ Innocẽ.ſupra inductã ipẽ nõ debet dici bi
Arg.primo gamus. Ulterius queri᷑ de tertio caſu: vide᷑ eñ
de 3º.caſu. ꝙ ille nullus ſit oĩno:quia magis eſt diuidi cũ pecca
to ꝙ̃ ſine peccato:ſed ſi quis diuida᷑ in plures forni
carias nõ effici᷑ bigamus:g̃ vide᷑ ꝙ nec ille q̇ vnam
2º habuit de iure qua mortua aliã ducit de facto Ad
huc ponamꝰ ꝙ poſt mortẽ ſue vxoris multas cogno
ſcat fornicario cõcubitu: ⁊ nõ cõtrahat cũ aliqua: vi
de᷑ ꝙ ille ſit magis bigamus:quia nec forma hone-
ſtatis in illo ſalua᷑: g̃ vide᷑ ꝙ etiã talis ſit bigamus
In ꝯtriũ ꝓº plus ꝙ̃ primus. In cõtrariũ aũt huius eſt qđ di-
ci᷑ extra de bigamis nõ or. ⁊c.⁊ infra: Nos autẽ in
hac queſtione taliter reſpondemꝰ ꝙ cũ huiuſcemodi
clericis qui quantũ in ipis fuit ſecundas mulieres ſi
bi matrimonialiᷣ cõiunxerũt tanq̃ cũ bigamis nõ li
ceat diſpenſari:licet in veritate bigami nõ exiſtãt nõ
Argui᷑ ꝓº propter ſacramẽti defectũ:ſed propter affectũ inten-
de 4º caſu tionis cũ opere ſubſecuto. Ulterius queri᷑ de q̃r-
to:quia de illo nulla ratio eſſe vide᷑: nõ eñ propter
diuiſionẽ alterius ego diuidor:g̃ nec propter mulie-
2º ris diuiſionẽ diuidi᷑ vir:g̃ ipẽ manet vnus vnicus:
ergo ipẽ nõ eſt bigamus Itẽ filius nõ portabit ini
quitatẽ patris:nec pater portabit iniquitatẽ filij: vt
dici᷑ Ezech.18.g̃ nec vir portabit iniquitatẽ vxoris
In ꝯtriũ ꝓº nec ecõuerſo:g̃ nec penã bigamie:g̃ vide᷑ ꝙ ille nõ ſit
bigamus qui cõtrahit cũ corrupta In cõtrarium
huius eſt qđ dici᷑ diſtinctiõe xxxij.vbi Leo papa cõ-
tra epl'am nicete abbatis ſeriatim/⁊ apte proſequa-
mur ꝙ ſancta romana eccl'ia de gradibꝫ clericorũ ait
clericos/hoſtiarios/lectores/exorciſtas/acolitos: ſi
extra votũ ⁊ habitũ monachi inueniant᷑/⁊ ꝯtinentiã
profiteri noluerit/vxorẽ ducere virginẽ cũ benedictiõ
ne ſacerdotali permittun᷑:nõ aũt viduã aut repudia
tã:quia propter hoc deinceps ad ſubdyaconatũ pro
uehi nõ poterunt:quia nec laycus niſi virginẽ ſorti-
tus vxorẽ:ex h̄ accipi᷑ ꝙ ſiue acceperit viduã ſiue re-
pudiatã ꝙ ipẽ reputa᷑ vt bigamꝰ irregularis ad or-
dines ſacros. Itẽ xxxiiij. diſtinctiõe dicit: Curan- 2º
dũ eſt g̃ in primis ne ad ſacros ordines ſicut in geſtis
prioribꝫ ante ſcriptũ eſt quiſq̃ q̇ in vxorẽ virginẽ nõ
duxerit aſpiret. Ad idẽ qđ Gregoriꝰ ſiciliano epõ 3º
ſcribit ſic: Precipimus ne vnq̃ illicitas ordinatões
facias/nec bigamũ/aut qui virginẽ nõ eſt ſortitꝰ vxo
rem:aut ignorantẽ lr̃as vel qualibet ex parte corpo
ris viciatum vel penitentie vel curie/aut ciuili cõdi-
tioni obnoxiũ ad ſacros ordines permittas accedere
ſed ſi quos huiuſmodi reppereris nõ audeas ꝓmo-
uere. Ulteriꝰ queri᷑ hic de caſibus qui viden᷑ ſi- Queſtiũcl'a
miles:ponamꝰ eñ ꝙ aliquis primo defloret aliquẽ tertia.
fornicario cõcubitu/⁊ poſtea cõtrahat cũ eadẽ:vide᷑ Argui᷑ ꝓº
eñ ꝙ iſte ſit bigamus: quia nõ ducit vxorẽ virginẽ:
ſ; corruptã:g̃ ſm decreta inducta ipẽ eſt irregularis
vt bigamus:hoc vide᷑ ꝯfirmari qđ habe᷑ diſtinctiõ
ne xxxij. Nemo ad ſacrũ ordinẽ permitta᷑ accedere/
niſi aut virgo/aut probate caſtitatis/⁊ q̇ vſq̃ ad dya
conatũ vnicã ⁊ virginẽ vxorẽ habuerit. Ad idẽ fa- 2º
cere vide᷑.xxx. queſti.v.qualis debeat eſſe vxor que
habenda eſt ſm legẽ virgo caſta ⁊ in virginitate de-
ſponſata/⁊ dotata legittime/⁊ a parentibus tradi-
ta ſponſo/⁊ paranimphis accipienda: ergo ſi non ſit
talis nõ vide᷑ eſſe vnica vnici:g̃ cõtrahens cũ ipa ef-
ficitur bigamus:ſed ſupra dicta nõ eſt talis:ergo cõ
trahens cũ ea bigamus reputa᷑. In contrarium In ꝯtriũ ꝓº
huius vide᷑ ꝙ ille in aliã nõ eſt diuiſus niſi in iſtam:
ergo nõ debet reputari bigamus. Ad idẽ facit qđ 2º
habe᷑ extra de bigamis debitũ/⁊ eſt ſupra inducta
decretalis que dicit ꝙ niſi ſm carnalẽ cõcubitum in
plures diuida᷑ ꝙ nõ reputa᷑ bigamus Ulterius Queſtiũcl'a
queri᷑ de alio caſu.ſ.ꝙ ſi aliquis cõtrahat cũ aliqua/ quarta.
quã credit virginẽ/⁊ cũ ꝯſumat matrimoniũ nõ in- Argu.ꝓº.
uenit eã virginẽ: vide᷑ eñ ille nõ eſſe bigamus:quia
eſt ibi pura ignorãtia facti:g̃ ſi ibi eẽt etiã pctm̃ i toto
excuſare᷑:g̃ multo magis excuſa᷑ a pena:g̃ nõ debet
reputari irregularis ex hoc ad ſacros ordines ſuſci-
piendos. Itẽ in his que nõ aperte mala ſunt intẽ- 2º
tio nomẽ operi imponit:ſed ille intendit cõtrahere cũ
virgĩe: ⁊ facit quod in ſe eſt ad hoc ꝙ contrahat cum
virgĩe: g̃ vide᷑ ꝙ nõ punia᷑ irregularitate bigamie
ex hoc ꝙ nõ inuenit eã virginẽ. In cõtrariũ huius In ꝯtriũ:
eſt decretũ Leonis pape ꝙ ille famule dei q̇ integri-
tatẽ pudoris oppreſſione barbarica perdiderunt lau
dabiliores erunt in humilitate ac verecundia ſi ſe in-
cõtaminatis nõ audeant cõparare virginibus:ergo
a ſimili ⁊ iſte talis nõ oĩno eſt cõparandus monoga
mis:ergo vide᷑ ꝙ ſit bigamus ⁊ irregularis. Ul- Queſtiũcl'a
terius queri᷑ de alio caſu.ſ.ꝙ aliquis cõtrahit cum quinta.
virgine ⁊ cognoſcit eam: deinde cognoſcitur ab alio Arg.ꝓmo.
per adulteriũ/⁊ maritus ignorans hoc cognoſcit eã
videtur eñ ꝙ ille nõ eſt bigamus:quia eſt vnicꝰ vni
us:ergo nõ eſt bigamꝰ. Sed cõtra illa nõ eſt vni In ꝯtriũ ꝓº
ca que eſt diuiſa in plures: ergo nõ eſt vnica vnius:
ergo violauit ſacramentũ:ergo vide᷑ ꝙ ſit reputan-
dus bigamus. Ad hoc etiã vide᷑ eſſe qđ dr̃ diſtin- 2º
ctione.xxxiiij. Si cuius vxorẽ adulteriũ cõmiſiſſe cũ
eſſet laycus euidenter fuerit probatũ:hic ad miniſte-
riũ eccleſiaſticũ admitti nõ poteſt/ꝙ ſi in clericatu iã
eo conſtituto adulterauit dato repudio eã dimittere
debet:ſi ꝟo retinere eius conſortiũ velit nõ poteſt ſu
ſcepto miſterio perfrui. Ad idẽ ibidẽ capitulo ſeqñ 3º

ti: Si layci vxoꝛ in adulterio dep̄hēſa fuerit hic talis
ad miniſteriū eccleſiaſticū nullo modo adducatur: ſi
aūt poſt oꝛdinationē alicuius clerici vxoꝛ adultera-
ta fuerit dimittat eā: ſi autē cū ip̄a voluerit permane
Queſtiūcl'a 6a re a miniſterio ſit alienus. Ulterius queritur de
alio caſu: ſit eīm̄ ꝙ maritus vxoꝛē accuſet de adulte-
Arg. p̄mo. rio/ ⁊ illa añq̄ʒ ſentētia detur petat debitū/ ⁊ ille red-
dat ſicut tenet̃/ ⁊ poſtea ſententia dicat eā eſſe ream/
⁊ querat̃ vtrū iſte ſit reputandꝰ bigamus: videt̃ ꝙ
nō: quia ille facit qd̊ debet: nemo aūt punit̃ ꝓ eo qd̊
facit id qd̊ debet: ḡ nec iſte: ſʒ magna pena ē irregula
2o ritas: ergo iſte nō efficit̃ irregularis. Item iſte nō
agit: ſed potiꝰ patit̃: paſſiōes autē nō merent̃ puniri
In ꝯriū. ḡ iſte non debet puniri irregularitate. In ꝯriū eſt
ꝙ irregularitates nō contrahunt̃ niſi ſolo facto pre-
ter voluntatē ⁊ peccatū: cū igit̃ ille nō miſceat̃ adulte
ſicut vnicus vnice: videt̃ ꝙ ip̄e bigamus reputādus
Solutio ſit ⁊ irregularis. Solutio dicendū ad pꝛimū ꝙ il
li quattuoꝛ modi pꝛedicationē bigamie per pꝛius et
poſterius recipiunt: quia pꝛius dicit̃ pꝛopꝛie: quia in
illo ſacramentaliter nec vnicus eſt nec vnius vxoꝛis
alij autē dicunt̃ per acceſſum aliquē ad iſtum modū
ſm̄ ꝙ poteſt pꝛiuari vnicus ⁊ vnius: aut igit̃ pꝛiuat̃
per ſimilitudinē ſacramēti/ aut ſine ſimilitudine: ſi cū
ſimilitudine/ aut cū ſucceſſione/ aut ſine ſucceſſione: ſi
ſine ſucceſſione eſt caſus ſecundus: ⁊ iſte imitatur la-
mech: ſi cū ſucceſſiōe eſt caſus tertius: ⁊ iſte imitat̃ ſe-
cundas nuptias: licet exiſtentiā non habeat niſi ſicut
id quod eſt de facto imitat̃ id qd̊ eſt de iure/ vt ſaltem
foꝛmā honeſtatis ſeruet coꝛam eccleſia. Si aūt eſt ſi-
ne ſimilitudine ſacramēti matrimonij qd̊ eſt int̃ du-
as ſucceſſiue in pꝛimis ⁊ ſecundis nuptijs tūc eſt q̄r-
tus caſus: ⁊ hoc modo particularia iuris ad vniuer-
Ad pꝛimū ſalia reducunt̃. Dicendū ergo ad pꝛimū ꝙ ſicut in
de p̄o caſu. chꝛiſto nō fuit niſi vnica natura vnita humāe ⁊ vnio
ne vnica nō iterata: ita opoꝛtet eſſe ꝙ ſit in ſigno: vn-
de cū in tali ip̄e diuidat̃ in plures ⁊ pluribus vniōi-
bus: patet ꝙ nō ſaluat̃ ſacramentū/ ⁊ cū dicit̃ ꝙ nū-
q̄ʒ eſt niſi vnū ſacramentū: dicēdū ꝙ verū eſt hoc actu
ſed tamē ſucceſſiue ſunt duo/ ſicut nunq̄ʒ eſt niſi vna
Ad 2m. hoꝛa diei: ⁊ tamē ſucceſſiue ſunt multe. Ad aliū di
cendū ꝙ nunq̄ʒ plures vxoꝛes fuerunt vnius ſm̄ ꝑ-
fectū ſtatū matrimonij: ſed ex diſpenſatiōe diuina li-
cuit quādoq̄ʒ iungi pluribus: ⁊ inter illos nunq̄ʒ ſal
uabat̃ ſacramētū: ſicut nec hodie ſaluat̃ in bigamis.
Ad 3m Ad tertiū dicendū ꝙ iſte nunq̄ʒ eſt niſi vnius actu
ſed tamē diuiſus eſt in plures: quia diuiſio manet in
ip̄o/ etiā vxoꝛe moꝛtua: vt patet ex p̄habitis: hoc aūt
Ad q̄ſtiūcu lā cū obie- ctis. qd̊ adducit̃ in cōtrariū eſt cōcedendū. Ad id quod
obijcit̃ ad vlterioꝛē caſum qui ſumit̃ iuxta iſtū dōm
ꝙ hodie nō tenet hoc quod dicitur in lr̃a: ⁊ eſt abꝛoga
tū per decretalē Innocētij que adducta eſt in contra
Ad pꝛimū riū. Ad id qd̊ obijcit̃ de ſcd̊o caſu dicendū ꝙ ille bi
de 2o caſu. gamus reputat̃: quia quantū in ſe eſt operatꝰ eſt ad
Ad argum. hoc ꝙ ſit bigamus: ⁊ ſe diuiſit in plures. Ad obie-
ctū cōtra dicendū ꝙ nō opoꝛtet ꝙ in qualibet biga-
mia ſit ſacramēti iteratio: ſʒ opoꝛtet ꝙ ibi ſit vnio ali
qua nō vnius cū vnica/ ⁊ ita eſt hic: quia vnit̃ pꝛimo
cū vna/ ⁊ ip̄e poſtea quantū in ſe eſt vnit̃ cū alia: ⁊ iō
Ad 2m ſignū nō ſaluatur. Ad aliud dicendū ꝙ nulla indi-
uiduitas ſignificatur in adheſione meretricis: ⁊ ideo
ex cōiunctione ad illas vt ad meretrices nō contrahi
tur bigamia: ſed in his cū quibꝫ de facto vel iure con
trahit̃ indiuiduitas eſt ſignū que cū deficit ſacramen
ti foꝛma violat̃: ⁊ ideo bigamia incurritur. obiectum
autē in cōtrariū eſt cōcedendū. Ad id quod queri- Ad q̄ſtiūcu
tur de caſu iuxta hunc caſum inducto: dicendū ꝙ il- lā ſcd̊am
le meo iudicio nō eſt bigamus: quia nō eſt bigamus/
niſi quādo cōſumato matrimonio de iure vl' de facto
carnē ſuā diuidit: vt patet ex decretali Innocentij ſu
pꝛa inducta. Ad obiectū cōtra dicendū ꝙ nō ſunt Ad pꝛimū
ibi diuerſe vniones carnales. mentaliter autē ſolum argumētū.
vnio diuerſa bigamiā nō inducit. Ad aliud dicen Ad 2m
dum ꝙ ip̄e vnicꝰ ē vt vnice/ licet nō vnice: quia nō eſt
ſua: ⁊ ideo nō eſt vnica ſua: ſed tamē quantum ad foꝛ
mā exterioꝛem eſt vt vnica ſua: ⁊ ideo nō eſt bigamꝰ.
Ad tertiū dicendū ꝙ ſicut Auguſt. dicit ſuper epi- Ad 3m
ſtolā ad Thitū ꝙ de ſacramēto hic agitur nō de pec-
cato: vnde licet cū peccato adhereat illi cum qua con
traxit de facto dimiſſa illa cū qua de iure contraxit:
tamē ſi redit/ ⁊ cognoſcit pꝛimā carnalit̃ erit caro ſua
actualiter diuiſa/ ⁊ tunc erit bignamus. Ad id qd̊ Ad pꝛimū
querit̃ de tertio caſu dicendum ꝙ ille talis vt pꝛobat de 3o caſu.
decretalis in cōtrariū inducta bigamus reputatur
Ad obiectū cōtra dicendum ꝙ peccatum maius Ad argm.
non facit bigamiam: quādoq̄ʒ eīm̄ ſine omni peccato
cōtrahit̃ bigamia: ⁊ ideo licet ille qui plures cogno-
ſcit foꝛnicarie nō efficiat̃ bigamus: tamē iſte bigamꝰ
efficitur in quo eſt ſacramēti foꝛma: ⁊ nō eſt vnici ad
vnicā. Ad aliud dicendū ꝙ talis nō efficitur biga Ad 2m
mus: ⁊ nō eſt ſimile ad pꝛopoſitū: vt patet ex p̄dictis
Ad id quod querit̃ de quarto caſu dicendū ꝙ ille Ad pꝛimū
cōtrahit irregularitatē/ vt bigamus: ⁊ habet quēdā de 4o caſu.
modū bigamie. Ad id aūt quod contra obiectū eſt Ad argm.
dico ſine pꝛeiudicio ꝙ ille nō diuidit̃ niſi in vnam/ et
ſacramentū bene manet quantū ad hoc ꝙ ip̄e eſt vni
cus: ſed violatur quantū ad hoc ꝙ nō eſt vnius ſiue
vnice: quia mulier cum qua contrahit diuiſa eſt: ⁊ ſic
diſcoꝛdat a natura deſponſata in xp̄o: ⁊ ideo eſt irre-
gularis. Ad aliud dicendū ꝙ bigamia nō eſt iniq- Ad 2m.
tas: ſed pena: ⁊ ad hoc ꝙ eſt pꝛeter culpam nō eſt iu-
ſtum. ⁊c. dicendū ꝙ pena directe nō infligit̃ niſi ꝓ cul
pa facta in ſe vel in pluribꝫ: hec autem pena infligitur
indirecte: ⁊ magis cōſequitur quoddā aliud q̄ʒ infli-
gatur: ſequitur eīm̄ defectum ſacramēti: ⁊ hoc bñ po
teſt iuſte cōtingere: ſed ſi ex ſentētia iudicis infligeret̃
tunc nō eſſet iuſta niſi cauſaret̃ ex culpa: ea autē que
in cōtrariū adducunt̃ ſunt cōcedenda Ad id quod Ad queſtiū
vlterius queritur de illo qui cōtrahit cū illa quā an- culā tertiā.
te defloꝛauit ip̄e: dicēdū ꝙ ad vtrāq̄ʒ partē ſunt opi-
niones: ſed tamē videtur eſſe dicendū ꝙ nō ſit biga-
mus pꝛopter ea que in contrariū inducunt̃. Ad id Ad pꝛimū.
autē quod pꝛimo obijcitur dicendū ꝙ ip̄e carnali cō-
cubitu nō diuiditur niſi in vnā: quia etiā per cōcubi-
tum qui fuit ante copulam matrimonij illa nō eſt fa
cta alterius ⁊ ideo nō diuiſa: ſed ⁊ ante ⁊ mō eſt vni-
ca ſua ⁊ vnius fuit: ⁊ hec eſt ratio iuris dicentis nō eſ
ſe bigamū talē: nō eīm̄ efficit̃ quis nō vnicus niſi per
hoc ꝙ nō eſt vnice/ nec aliqua efficit̃ nō vnica niſi per
hoc ꝙ eſt nō vniꝰ. Ad iura autē que allegantur in Ad alia ſil'.
cōtrariū dōm ꝙ loquūtur de his que coꝛrūpunt̃ ab
alijs/ ⁊ nō ab illis eiſdē qui poſtea cōtrahunt cum eis
Ad id qd̊ vlterius queritur de illo qui cōtrahit cū Ad q̄ſtiūcu-
ea quā credit virginē/ ⁊ inuenit coꝛruptā: dōm ꝙ ip̄e quartā
eſt bigamus. Ad duo autē obiecta que obijciūtur Ad pꝛimū
in cōtrariū dōm ꝙ bñ ſequeretur ſi de peccato agere et 2m
tur: ſed hic nō agitur niſi de ſacramēto: rō aūt quare
hic eſt bigamus: quia ſua nō eſt vnica: vt patet ex an

tedictis: hoc aũt qđ in cõtrariũ adducit̃ eſt cõcedẽdũ
Ad qſtiũculã quintã. Ad id aũt qđ vlterius querit̃ de illo q̃ cõtrahit cũ
virgine que cũ adulteriũ cognoſcit̃ ꝑpetraſſe eã igno
ranter cognoſcit: dđm ꝙ ſicut probat̃ ꝑ canones in
Ad primũ arũ obiectõꝫ ductos ipe eſt bigamus. Ad id autẽ qđ primo obij
cit̃ dđm ꝙ ſua nõ eſt vnica: ⁊ ideo falſum ſupponitur
in obiectione: vnde obiectio facta in cõtrariũ ſoluit pͥ
Ad q̃ſtiunculã ſextã. mã obiectionẽ. Ad id aũt qđ querit̃ vltimo de illo
qui cognoſcit eã quã accuſat anteꝗ̃ ꝓbet̃ adulterium
ad petitionẽ vxoris dđm ꝙ ad vtrãqꝫ partẽ ſunt opi
niones: ⁊ illaꝝ rõnes innuunt̃ in obijciẽdo: videtur
tamẽ dictis ſanctoꝝ cõſentaneũ ꝙ ipe ſit bigam⁹ re
Ad primũ. putandus. Ad id aũt qđ obijcit̃ in cõtrariũ dicendũ ꝙ nõ eſt pena directe inflicta: ſed potius cõſequẽs
ſacramẽti defectũ: ⁊ hoc frequenter innaſcit̃ alicui ſi
Ad 2m ne peccato Ad aliud dđm ꝙ hoc bene excuſat pecca
tũ ⁊ pͥiudiciũ qđ ſibi generaret̃ in eã quã accuſat mõ:
ſed hic de ſacramẽto querit̃/ ⁊ qꝛ illud deficit puto ꝙ
bigamus eſt reputandus: ⁊ ꝑ hoc patet ſol'o ad totũ

## An bigamie adiungat̃ irregularitas.

Arti. XXI
T Ertio querit̃ qua rõe bigamie irregularitas
Arg. pͥmo. adiungit̃: aut eñ hoc fit ratione cõcupiſcẽtie/
aut rõne pcti/ nõ rõne cõcupiſcentie: qꝛ in for
nicatione cũ pluribꝫ maius eſt ſignũ cõcupiſcentie: ⁊
2o tamẽ nõ adiũgit̃ ei irregularitas. Itẽ in ſodomia
et mollitie feruet cõcupiſcẽtia ꝯtra gratiã ⁊ rationẽ ⁊
naturã. In fornicatiõe autẽ cõtra grãm ⁊ nõ ꝯ natu
rã/ nec ꝯ rationẽ: ſed in bigamia aliqua/ nec ꝯ gratiã/
nec ꝯ rõnẽ/ nec ꝯ naturã: cũ igit̃ ſodomie nõ adiungit̃
irregularitas: videt̃ ꝙ nec bigamie debeat adiũgi. ſi
aũt eſt rõe pcti: adhuc videt̃ ꝙ fornicatiõi poti⁹ debe
3o at adiũgi/ nec fit: g̃ nec bigãie vt videt̃. Itẽ vt dič
Gre. pctã ſpũalia maioris ſũt culpe ꝗ̃ carnalia: lꝫ mi
noris ſint infamie/ ⁊ illis nõ adiũgit̃ irregularitas: g̃
Queſtiũcl'a prima nec iſti. Ulteri⁹ q̃rit̃ hic de cõtrouerſia q̃ ẽ int̃ Hie
ronymũ ⁊ Aug. ⁊ ponit̃ ĩ glo. 1. Thi. 4. ⁊ ad Thitũ
2. dicit eñ Hier. ꝙ ſi q̇s añ baptiſmũ plures habuit
ſiue vnã ante baptiſmũ ⁊ aliã poſt ꝙ nõ ſit bigamus
Aug. autẽ dicit totũ ꝯriũ ꝙ ſiue ante ſiue poſt ha
Arg. primo de Hiero. buit ꝙ bigam⁹ debet reputari. Uidet̃ autem obijci
ꝓ Hiero. ſic: Quicq̇d ſordidũ eſt delet̃ in baptiſmo:
ſed bigamia ẽ aliq̇d ſordidũ: g̃ ⁊ delet̃ in baptiſmo: g̃
videt̃ ꝙ poſt baptiſmũ nõ debeat bigamus reputari
2o Itẽ qđ facit qđ maius eſt videt̃ etiã poſſe facere qđ
minus eſt: ſed maius eſt expellere oẽ pctm̃ ꝗ̃ purga
3o re bigamiã: ⁊ pͥmũ facit baptiſm⁹: g̃ ⁊ 2m. Itẽ ĩ ba
ptiſmate cõfigurat̃ hõ trinitati increate: vt ſ̃ notatũ
eſt in q̃ſtiõe de baptiſmo: g̃ videt̃ ꝙ q̇cquid deformat
cõfigurationẽ illã totũ tollit̃: ſed bigamia deformat:
4o g̃ tollit̃: vt videt̃. Itẽ videt̃ ꝙ etiã bigamia manẽs
nõ ĩpedit: qđ ãt dič Aug. ſuꝑ epl'am ad Thitũ ponit̃
aũt ĩ decr. diſ. xxvj. acuti⁹ xxj Uni⁹ vxoris vir ep̃s ſi
gnat ex oĩbꝫ generalibꝫ vnitatẽ vni viro ſubditã. conſtat autẽ ꝙ in collatiõe oĩm gentiũ multe ſunt diuiſio
nes: g̃ meli⁹ ſignificat̃ ꝑ diuiſum ꝗ̃ ꝑ vnicũ: ſed biga
mia diuidit: g̃ meli⁹ ſignificat̃ ꝑ bigamũ ꝗ̃ ꝑ nõ bi
5o gamũ. Itẽ in eccl'ia q̃ ſ̃m pri⁹ habita verba ꝑ ep̃m
ſignificat̃ ſiue ꝑ ſacerdotẽ ꝑfectio eſt actiue ⁊ cõtẽplatiue vite q̃ in duabꝫ vxoribꝫ Jacob. ſ. Lya ⁊ Rachel
ſignificant̃: ⁊ nõ pñt in vna ſignificari: g̃ videt̃ ꝙ ꝑfe
ctio eccl'ie meli⁹ ſignifica t̃ ꝑ bigamũ ꝗ̃ ꝑ nõ bigamũ
admin⁹ igit̃ poſt baptiſmũ videt̃ ꝙ poſſit ordinari bi
In ꝯriũ pͥo gam⁹: vt dicit Hiero. In cõtrariũ hui⁹ eſt qđ di

cit Aug. ad Thitũ. 2. in gloſa. ij. diſ. xxvj. ſic acutius
intelligunt/ qui nec eũ q̃ cathecumin⁹ vel pagan⁹ ha
buit adulterã ordinandũ eſſe ferunt: qꝛ de ſacr̃o agit̃
nõ de pctõ propter ſanctitatẽ ſacr̃i: ſicut ſi feĩa cathecumina viciata eſt nõ p̃t poſt baptiſma inter dei virgi
nes cõſecrari: ita nõ abſurde viſũ eſt bigamũ nõ peccaſſe: ſed normã ſacr̃i amiſiſſe nõ ad vite meritũ: ſꝫ ad
ordinatiõis ſignaculũ. Ad idẽ ibidẽ Ambro. Una
2o tm̃ nec repetita nobis copula ꝑmittit̃: ⁊ in ipo cõiugio lex eſt nõ iterare cõiu giũ: nec ſcđe cõiugis ſortiri
ꝯiunctionẽ qđ pleriſqꝫ mirũ videt̃ cũ etiã ante baptiſ
ma iterata coniugia electionẽ muneris ⁊ ꝑrogatiue
ordinationis impedimenta generent̃: cũ etiã delicta
obeſſe nõ ſoleant: ſi lauacbri remiſſa fuerit ſacramen
ta: ſed intelligere debem⁹ ꝙ in baptiſmo culpa remit
ti põt: lex aboleri nõ p̃t in cõiugio nõ culpa: ſed lex eſt
qđ culpe eſt: igit̃ in baptiſmo relaxat̃ qđ legis eſt: ĩ cõ
iugio nõ ſoluit̃: quõ autẽ p̃t eſſe hortator viduitatis
3o qui ⁊ ipe cõiugia frequẽtauerit. Ad idẽ infra biga
mus ꝟo in ſacerdotẽ ꝓmoueri nõ debet: nõ quia deliquerit ſcđam accipiendo vxorẽ: ſed qꝛ ꝑrogatia exu
tus eſt ſacerdotis. Reſponſio ꝙ plures ſunt cauſe Solutio
quare bigamie adiuncta eſt irregularitas: vna tamẽ
eſt vera ⁊ cauſa aliaꝝ. ſ. qꝛ deficit in eo ſacr̃m. i. ſignũ
indiuidue cõiunctiõis vnici ad vnicã: ⁊ hoc ſatis habitũ eſt in precedentibꝫ ⁊ explanatũ: hoc autẽ trahit̃
ex decreto Augu. inducto: Acuti⁹: ⁊ ex decreto Ambroſij: Una tm̃: ⁊ ex decretali ſupra inducta de biga
mis Debitũ: alie autẽ ſecũdarie cauſe ad hoc aſſignã
tur/ quaꝝ vna eſt propter irregularitatẽ adiunctam
ſed illa cauſat̃ ab iſta: ⁊ hec nõ eſt ad propoſitũ: quia
hoc eſt in queſtiõe quare fit: tamẽ quidã aſſignãt hoc
pro cauſa: ſicut iuriſperiti nõ ſatis aduertentes in ſolutione ſua petitũ eẽ principiũ: vñ pro alia cauſa aſſĩ
gnat̃ ſignũ incõtinẽtie: qꝛ nec refrigerata in eo cõcupiſcẽtia: per primã ceſſauit vxorẽ: ſꝫ exarſit in ſcđam
⁊ hoc trahit̃ ex verbis Ambroſij inductis in fine capituli vbi dič: quõ põt eſſe hortator viduitatis q̃ nuptias frequentauerit. Alia cauſa eſt excellentia ordinũ ꝙ ad tã excellẽtẽ gradũ. ſ. vt ſit in gradu miniſtri
chriſti nõ decet admittere eos qui diuiſi ſunt ⁊ cogita
re cogunt̃ que ſunt vxoris/ ⁊ quomõ placeant vxori
⁊ hoc etiã trahit̃ ex verbis beati ambroſij. ⁊c̃. mediũ
autoritatis inducte trahit̃ etiã ex verbis apl'i. 1. Co
rinth. 9. vbi de ſacerdote dicit ꝙ oĩs qui in agone cõ
tendit ab omnibꝫ ſe abſtinet: ⁊c̃. Alia cauſa p̃t eſſe: q̇a
licet coitus matrimonialis nõ ſit pctm̃: habet tamen
cõcupiſcentie immũditiã adiunctã: ſed in officio ordi
nis maxima eſt munditia ⁊ cõgruitas: g̃ mũditie ma
xime ⁊ immunditie iterate cũ ſcđa cauſa eſt ꝙ prohibet̃ ꝓmoueri: ⁊ hoc trahit̃ de hoc qđ habet̃ Eſa. 52.
Mundamini qui fertis vaſa dñi. ⁊ Exod. 19. precepit moyſes ꝙ nõ appropinquarẽt vxoribꝫ qui deum
videre voluerunt. ⁊ 1. Reg. 21. vbi abimelech ſacerdos queſiuit a dauid cũ daret ei edere panes propoſi
tionis: ſi mundi ſunt pueri a mulieribꝫ. Alia iteꝝ põt
eſſe cauſa: quia exercitiũ ſpiritualiũ officioꝝ ⁊ ꝑcipue
pſalmoꝝ grãm dat ꝓphetie: vt dicit Gre. ad illũinationẽ intellectus: ſed exagitatio cõcupiſcentie impedit: ⁊ ideo cum exagitatio cõcupiſcentie denotetur in
bigamo/ prohibetur ne ordinetur ad diuin'a officia.
Alia iteꝝ ⁊ melior omnibus alijs trahitur ex verbis
in eccleſiaſtica ierarchia Dioniſij in theoria ſctẽ ſynaxeos. i. cõmunionis: vbi dicit ꝙ ſacerdos eſt ꝓcedẽs

in populū/ ꝛ rediens ad ſanctū altare/ ſicut deus pce dit in omnē creaturā/ ꝛ redit in ſeipm̄ nō detet⁹/ nec pollutus aliquo: ꝛ ideo ſacerdoti ꝓhibeť ſignū in-ↄtinentie qđ ſignat detentionē cordis eius in eis q̄s ſanctificare habet ꝛ redire in ſe per cōtēplationē diui noꝝ: ꝛ ſi ſignū affectate ꝛ perſeuerantis cōcupiſcētie inueniať in eo irregularis reputať. Alie etiam pluri me huius cauſe poſſunt inueniri: ſed iſte ſufficiunt ad pn̄s. Dicať ḡ ad pm̄ū q̄ hoc pncipaliter fit rōe ſacri: ſcꝫ ſigni violati/ ꝛ ſecundario ꝓpter ſignū infirmi-tatis incōtinentie adherētis ſibi ex longo tēpore qđ

Ad primū pmi q̄ſiti: inſtigat vt cōtrahat cū ſcd̄a. Ad obiectū cōtra dicē dū q̄ in fornicatione ꝛ ſodomia nō eſt violatio ſacri: ꝛ licet ſignificeť ibi maior feruor incōtinētie: nō tamen ita adherens de vna in aliā ſe ligans propter cōtinē-

Ad 2m: tie infirmitatem. Ad aliud patet ſolutio per idem.

Ad 3m: Ad aliud patet ſolutio per antedicta: q2 nō eſt pro-

Ad q̄ſtiūcu- primā: pter petm̄: ſed ꝓpter cauſam dictā. Ad id qđ vl-terius querit de dictis Hiero. dōm q̄ in hoc Hiero nymo ↄtradicit: ſi quis autē eū ſaluare velit dōm q̄ ipſe loquit quo ad faciliorē diſpenſationē cū illo faciē dā q̄ꝫ cū alio: precipue ſi ignorās fuerit q̄ talis eēt ad

Ad primū in ↄ̄riū: iuncta irregularitas. Ad id qđ pro hoc obijcit di-cendū q̄ irregularitas nō eſt aliquid ſordidū: q2 eſt pe na nō pena ſenſus: ſed dāni: eſt em̄ defectus quidam ↄ̄ns ex violatione ſacri indiuiduitatis matrimonij: vt patet ex habitis: ꝛ ideo nō oportet q̄ ſoluať in ba-ptiſmo: q2 baptiſmus cōtra hm̄ōi penas nō ordinať

Ad 2m: Ad aliud dōm q̄ illa ꝓpoſitio generalit intellecta falſa eſt niſi magis ꝛ minus ſint eiuſdē generis: ſicut expugnatio centū hoīm ꝛ vnius/ ꝛ comedere centū vuas ꝛ vnā: ꝛ hm̄ōi: nō em̄ oportet hec ita ſe habere qn̄ nō ſunt eiuſdē generis: q2 tunc etiā nō habēt pro-prie dictā cōparationē: nō em̄ maius eſt proprie vin-cere. 10. homīes q̄ꝫ comedere buccellā panis: ꝛ ſimi-le eſt hic: quia expellere petm̄/ ꝛ expellere penā nō ſūt eiuſdē poteſtatis/ nec eiuſdē generis: ꝛ ideo etiā nō ꝓ prie vnū dicit mai⁹ q̄ꝫ alteꝝ: nec oportet ſi baptiſm⁹

Ad 3m: faciat vnū q̄ etiā faciat reliquū. Ad aliud dōm q̄ hō cōfigurať deo in baptiſmate ſm̄ q̄ ipſe eſt trinus ꝛ vnus in ſe: ſed nō ſm̄ q̄ ipſe ſibi noſtrā vniuit natu-rā: ꝛ talis ↄfiguratio exigit in eo q̄ nō eſt irregularis

Ad 4m: vnde nihil eſt ad propoſitū qđ inducit. Ad aliđ di cendū q̄ illa obiectio procedit ſm̄ falſum intellectum lr̄e: q2 quidā decretiſte ita expoſuerūt: verus autē ſen ſus eſt iſte q̄ factū ↄparať ad factū: ſic q̄ vnitas eccl'e collecte hēt relatōnē ad xp̄m: ſicut vxor ad vnicū viꝝ vn̄ q̄ eſt ep̄us qn̄ matrimoniat⁹ ep̄us efficit: ꝛ tūc va let obiectio niſi ex parte vxoris facta: ꝛ tūc dōm q̄ li-cet in eccl'a mō multe ſint varietates perſonaꝝ ꝛ ope rū/ ꝛ multe impuritates admixte: tn̄ ſignū eccl'e non debet eſſe impuritatis ſed perfectiōis/ que erit in fu-turo qn̄ tota vnita erit eccl'a nō habēs maculā neqꝫ rugā: ſicut dr̄ Ephe. 5. cōtingit autē illa expoſitio q̄-buſdā decretiſtis: q2 neſciūt ſoluere vnā obiectionem quā faciūt hanc. ſ. femina ſi corrūpiť ꝑ fornicariū cō-cubitū/ vel etiā violēter: vt videť velle Leo papa: nō poteſt inter ſacras virgines cōſecrari/ cū igiť maio-ris perfectionis debeat eſſe ep̄us q̄ꝫ velata fem̄a: vide tur q̄ etiā ep̄us nō debeat ordinari qui eſt fornicat⁹. Ad ſoluendā illā obiectionē dicunt q̄ velata ſignifi-cat eccleſiā triumphantē in qua eſt oīmoda puritas: ꝛ ideo oportet eam eſſe oīno purā: ſed ep̄us militan-tem ſignificat in qua ſunt multe impuritates: ꝛ ideo

epiſcopus poteſt eſſe impur⁹ dūmodo nō ſit bigam⁹ vnde dicit Math. 13. Simile eſt regnū celoꝝ ſagene ꝛc. vſqꝫ miſerūt: ſed vt mihi videť tm̄ valet ſolutio eo rū quantū ꝛ obiectio: quia dōm videť q̄ idē ſignifica tur diuerſis modis: vnde virgo velata ſignificat ec-cleſiā in cuſtodia amoris ꝛ cōformitate meriti: ꝛ illi⁹ eſt nullū preter eū amatorē admittere vl̄ admiſiſſe: q2 aliter nō dicit inter virgines: ſed poſt virgines proxi me: ſicut dicit Aug. in gloſa ſuper illud ps̄. 44. Offe rentur regi virgines: ſed epiſcopus ſponſam ſignifi-cat purgantē ꝛ illūinantē/ ꝛ perficientē ſponſam ſibi vnitā: vt dicit Dyoniſius in eccleſiaſtica ierarchia: ꝛ quia tipū nō eſt neceſſe in oībꝫ implere prothotipū ideo vt dicit apl'us Hebreo. 5. Et ipſe poteſt eſſe circū datus infirmitate: ꝛ ideo poteſt habere multas imp-fectiōes dūmodo nō habeat illā que tollit ſacramen tū: ſicut ꝛ velata poteſt habere multas imperfectiōes inuidie/ gule/ ꝛ huiuſmodi: dūmodo careat illa q̄ au fert ſignū cōiunctiōis in caſto amore: ſꝫ ſm̄ eos ſi vir go debet oīno eſſe pura/ eo q̄ ſignificat triumphātē: nō debet tunc velari inuidia maculata vel ſuperbia vel ira/ vel auaritia/ vel gula: quoniā nihil boꝝ eſt in eccleſia triūphante: ſicut nec fornicatio. Ad aliđ di cendū q̄ Lya ꝛ Rachel cōcordant in integritate pu ritatis: ꝛ ideo licet fuerint due mulieres non tamen q̄ꝫtū ad hoc ſignificant duos actus eccl'e: ſed potius ſm̄ q̄ in cōmuni ex integro edificabant domū iacob ſcꝫ agendo ꝛ cōtemplando: ꝛ licet ſit diſſimilitudo in tipo quo ad aliqđ nō oportet q̄ ab illo ſimilitudo ſu-mať: quia nō in oībꝫ oportet eſſe ſimile: quia ſic nō eſſet ſimile/ ſed idē eſſet: ꝛ ideo hic vxorē vnā decet eſſe operantē ꝛ aliā cōtemplantē/ ꝛ nō carere ſacramēto vnitatis: ꝛ per hoc patet ſolutio ad totum. Ad 5m

## An bigamia admittat diſpenſationem Arti. xxii

Quarto querit vtrū bigamia admittat diſpen ſationē: videť autē q̄ non: quia apl'us dicit q̄ oportet epiſcopū nō eſſe bigamū: ſꝫ in his que oportet nō eſſe nō admittit diſpenſatio que ipa eē fa ciat: ḡ videť q̄ in bigamia nō admittať diſpenſatio. A 2 Arg. pmo.

Ad idē extra de bigamis nō or. ꝛ infra: Nos aūt i hac queſtione taliter reſpondem⁹ q̄ cū huiuſmōi cle-ricis qui quantū in ipis fuit ſecundas mulieres ſibi matrimonialit cōiunxerūt tanq̄ꝫ cū bigamis nō lice at diſpenſari. 2o

Ad idē obijcit per ratione: facta eī ec cleſie debent eſſe rationabilia: ſed irrationabile factū eſt qđ nō habet cōuenientiā cū eo qđ ſignificat: ḡ tale nō debet eſſe factū eccleſie: ſed ſi bigamus ordinaret careret cōuenientia: ḡ videť q̄ non ſit diſpenſandū cū eis. 3o rōne.

magis terrant̄. Ulterius querit̄ de alia diuiſione Arg. p° de
ꝙ metus quādoq3 eſt circa res turpes: quādoq3 cir- metu q̄ ē cir
ca honeſtas: nulla em̄ videt̄ eſſe vis aut metus circa ca turpia.
res turpes: quia potius omnia debemus ſuſtinere
ſm̄ phos anteq̄3 turpia debemus admittere: ergo vi
detur ꝙ hoc nihil ſit qd̄ dicit. In cōtrariū huiꝰ eſt In ꝯtrariū
qd̄ dicit Ulpianus Uim accipimus atrocē ⁊ eā que
aduerſus bonos mores fit. Ulteriꝰ obiicit̄ de vl- Arg. p° de
tima: quia videt̄ ꝙ vanum ſit curare de cōditione: ḡ cōditione.
videtur ꝙ nō ſit cauſa metus ſufficiens ꝯditio. Pro
batur. I. Coꝝ. 7. vbi dicitur Seruus vocatꝰ es nō
ſit tibi cure ⁊c̄. ergo videtur etiā ꝙ nō debemus ap-
petere mutari noſtrā conditionē in peius: ergo videt̄
ꝙ hec cauſa nō eſt ſufficiens. In cōtrariū eſt qd̄ di In ꝯ̄riū p°
cit paulus ego puto etiā ſeruitutis timorē ſimiliūq3
admittēdū ⁊ ita paulꝰ libro eodē. Si is accipiat pe-
cuniā qui inſtrumēta ſtatꝰ mei iteꝝ ſumpturꝰ eſt ni-
ſi dem/non dubitat̄ quin maximo metu compellar
vtiq3 ſi iam in ſeruitutē petor ⁊ illis inſtrumētis per
ditis nō poſſim liber ꝓnūciari. Reſponſio dicen- Solō
dū ꝙ om̄is metus diuiſio ꝓprie reducit̄ ad tres/qua
rū vna eſt ex parte inferentiū metū ⁊ hec notatur in
hoc verſu. ſ. Stupri ſiue ſtatus verberū atq3 necis.
Alia eſt ex ꝑte eoꝝ circa que eſt metus ſicut circa ma-
teriam ⁊ hec quādoq3 ſunt honeſta quādoq3 inhone-
ſta ſiue aduerſus bonos mores exiſtentia: quādoq3
autē non. verbi gratia: vt ſi cogatur aliquis dare vel
ꝓmittere ne ſtupret̄ vel cogatur ꝓmittere ne impedi
atur a ſtupro: quia dicit Ariſto. ꝙ abſentia delecta-
tionū in cōtinentibꝰ facit triſticiam. Tertia ſumit̄ ex
parte eius qui cogit̄. ſ. ꝙ alia cadit in virum conſtan
tem alia autē non ſed in formidoloſū: ⁊ hoc eſt qd̄ di-
cit Ulpianus metum accipiēdū labeo dixit nō quē-
libet ſed maioris mali. Et paulus metū nō vani ho-
minis ſed qui merito in homine conſtātiſſimo cade-
re debeat ad hoc dictū ꝑtinere dicimus. Dicendū Ad primū
ergo ad primū ꝙ metus eſt reſpectu boni minoris q̄3 2m et 3m.
ſit id qd̄ minat̄ metus ſicut minat̄ metus mortē vel
ꝙ detur pecunia dāda eſt pecunia vel ꝓmittēda. Eo
dem modo ſi minet̄ ſtuprū vel cōditiōis deterioratio
nem: ſed ſi minetur mortem pro fidei negatione vel
iuſticie non eſt reſpiciendus metus etiam ſm̄ philo-
ſophos ⁊ ſm̄ ciuiles. Et ita intelligitur lex que facit
integrum reſtitui ſi aliquid fit metus cauſa que re-

ſtitutio fieri nō pōt in negatiōe fidei vel iuſticie ſapiē
tis eñ eſt eligere minus malū ſed morte q̄ȝ negationē
fidei: vel etiā bonoꝝ ꝑditionē q̄ȝ virtutis vel corꝑis
⁊ hoc eſt qᷦ dicit̃ Heb.10. Rapinā bonoꝝ veſtroꝝ
cū gaudio ſuſcepiſtis ⁊c̃. vſqȝ ſubſtātiā. Et ꝑ hoc ptȝ
Ad obiectū ſolutio ad tria prima. Ad aliud dōm ꝙ pretoris
lex intelligit̃ de hijs q̄ minora ſunt ⁊ potius toleran
Ad argu^m. da q̄ȝ id qᷦ minat̃ metus ſicut dictū eſt. Ad id qᷦ
obijcit̃ dōm ꝙ non eſt ſpecies mala ꝓmittere: q2 hoc
pōt fieri male ⁊ bene: ſed nō ſoluere ꝓmiſſum niſi ex-
cuſet̃ eſt ſpecies mala. Et bene cōcedo ꝙ vbi eſt iudi-
ciū ꝙ inueniri pōt defenſio a iudice etiā coactus de-
bet ſoluere ꝓmiſſum ⁊ cōpetit ei actio ex lege ⁊ cano-
ne ⁊ iudex debȝ eum reſtituere in integrum. Si aūt
defectus ſit iudicis puto ꝙ nō debet ſoluere/ſed ali-
quā leuē ꝓpter cautelā facere penitentiā de ꝓmiſſo p̄
cipue ſi fides vel iuramētū nō interuenit: ſi eñ iura-
mentū fecit de ſoluēdo dicūt multi qᷦ etiā mihi ſatis
ꝓbabile videt̃ eſſe ſoluendū. Si aūt nō ſoluit ⁊ iu
ramentū violauit ⁊ poſtea venit ad pniam videt̃ mi-
hi nō eſſe cogēdus ad ſolutionē ſed tm̄ ad fracti iura-
Ad 4^m menti emendationē. Ad aliud dicendū ꝙ Ariſto.
loquit̃ de hijs q̄ ſuſtinēt ꝑicula gr̃a boni hoīs vel ci-
uitatis vel gentis tunc eñ ſuſtinendū eſt: q2 minus
Ad queſtiū ꝑiculū eſt q̄ȝ id qᷦ extorquere intendit. Ad id qᷦ vl
culā. terius querit̃ dōm ꝙ eadē eſt diuiſio licȝ alia rōne ſit
data. prima eñ reſpicit conſtantiā patiētis/ ⁊ ſecūda
Ad obiectū q̄ntitatē mali inferētis metū. Ad id qᷦ ꝯtra obijci
tur dicendū ꝙ illa q̄ nō eſt violēta dicit̃ q̄ nō mouet
conſtantē/ ⁊ hec nō eſt vno modo: ⁊ ideo falſum ſup-
Ad primū ponit̃ in obiectiōe. Ad aliud dōm ꝙ metus fame
de ſcđa di- nō excuſat: nō eñ intelligit̃ de fama q̄ eſt ſed de illa q̄
uiſione. poſſet oriri de hoc qᷦ minat̃ metus ſi fieret ſicut fa-
ctū fuit in Suſanna Dañ.13. teſtimoniū ꝙ fuerit cō
ea iuuenis: ⁊ illa dixit: Melius eſt mihi abſqȝ ope in
cidere in manus vr̃as q̄ȝ peccare in ꝯſpectu dñi. Di-
ctū aūt Hieroñ. intelligit̃ de eo q̄ occaſionē infamie
Ad 2^m dat ꝓprio facto vel negligentia. Ad aliud dicendū
ad 3^m ⁊ 4^m eodē modo ⁊ ideo aliter loquit̃ lex aliter phs. Ad
duo alia q̄ obijciunt̃ de timore corꝑis dōm ſm ſup̄
habitā regulā ꝙ timor cruciat⁹ corꝑis vel metus fa
cit excuſari qñ eſt reſpectu minoris mali q̄ȝ ſit id qᷦ
minat̃ metus: ⁊ ſic patet ꝙ nō valent obiectiōes ille.
Ad id qᷦ ē Per idem ptȝ ſolutio ad id qᷦ obijcit̃ de timore re
de tiore reꝝ rum tñ ille timor nō cōtinet̃ in ꝟſu ſup̄ habito ſȝ ſm
regulā prehabitā timet in oīb; timorib;: q2 ſicut pro-
bat Ariſto. Non eſt ſapiētis ⁊ fortis maius ꝑiculum
ſuſtinere ꝓ re parua vel minori q̄ȝ ſit ꝑiculū illatum.
Ad id qᷦ eſt Ad id qᷦ vlterius obijcit̃ de metu vxoris. ſ. ne ad
de metu ulteret̃ dicendū ꝙ illa cauſa ſufficiētiſſima eſt qᷦ di-
vxoris. cit lex pauli ꝙ ſi dederit ne ſtuprum patiat̃ vir ſiue
mulier: hoc edictū habet locū cū viris bonis iſte me-
ad ꝓbatōeȝ tus maior q̄ȝ mortis eſſe debet. Ad id aūt qᷦ obij-
cit̃ de Abraam dicendū ꝙ facta patriarchaꝝ in cōſe
quentiā nō ſunt trahēda. q2 ipi oīa in figura futuro
rū inſtinctu ſpūſſancti agebāt nihilomin⁹ tñ pōt di-
ci abraā vxorē nō exhibuit: ſed ſibi cauit certificatus
ꝑ inſpirationē ꝙ nō poſſet maculari. vñ in Pſ.104
Ad 2^m Et corripuit ꝓ eis reges: nolite tangere ⁊c̃. Ad ali
ud dicendū ꝙ libido aliena q̄ȝ diu aliena eſt/mentem
nō maculat: ſed q̄ primo eſt aliena ꝑ cōſenſum efficit̃
ꝓpria ⁊ tunc maculat. Et ideo ſi aliq̄s etiam coactus
diceret ſe ꝯſentire in ſtuprum vxoris ſue ipe peccaret
mortaliter: q2 tam turpitudini que grauior eſt q̄ȝ qᷦ
minat̃ tyrānus aliq̄tenus ꝑmittēdo cooꝑaret̃. Ad Ad p̄^m qᷦ
aliud dōm ꝙ Ulpiani dictū intelligit̃ qñ violētia ty eſt de turpi
rāni cogit facere aliq̄d cōtra bonos mores ſicut iniu b⁹ ⁊ ad alia
ſte ꝓmittere vel dare vel ꝯſentire matrimonio vel ſtu ſimul.
pro vel alicui tali. tunc eñ id qᷦ metus cauſa factū
eſt in irritū reuocat̃: ſed qñ cōpellit ad id qᷦ eſt ꝑ bo-
nos mores vt reſtituere vel aliq̄d tale tūc nō iudicat̃
violētia. Et ꝑ hoc ptȝ ſolutio ad totū. Habet tñ h̄ Dubiū p̄m
vltimū duas dubitatiōes: ponamus eñ ꝙ iudex q̄
hȝ poteſtatē cōpellat aliquē ad iniuſte ꝓmittere nū-
q̄d in irritū reuocabit̃. videt̃ ꝙ nō: q2 res facta ꝑ iudi
cem reſcindi nō debet. Cōtra hic nihil fit niſi metus
cauſa. Ad hoc dicendū ꝙ reuocari debet in irritū Sol°
ꝑ ſuꝑiorē ⁊ hoc ē qᷦ dicit lex ſic: Si ꝑ iniuriā q̄d fecit
ppl'i romani mgr̃atus vel ꝓuincie preſes Pomponi
us ſcribit hoc edictū locū habere inq̄t ſi mortis aut
verberū terrore pecuniā extorſit alicui. Scđm du Dubiū 2^m.
biū eſt ſi pono ꝙ aliq̄s adulteriū cōmiſit quē ego ꝓde
re poſſum ⁊ ne ꝓdā eū ad mortē dat pecuniā vtrū h̄
edictū pretoris locum habeat an nō: videt̃ aūt ꝙ nō
habeat locū: q2 ꝓ turpi re dat: ergo nō debet reſtitui
qᷦ vi factū eſt. Rñſio dicendū ꝙ locū habet edictū Sol°
q2 nō habet iudex reſpicere ad cauſam dandi ſed po-
tius ad modū extorquēdi: ⁊ hoc eſt qᷦ dicit Paulus
in eodē caſu loquēs p̄tor vt reſtituat interuenire de-
bet nam ⁊ ſi geſtū eſt malo more p̄tor non reſpicit an
adulter ſit q̄ dedit: ſed hoc ſolum qᷦ hic accepit metu
mortis illato.

## An metus cadat in ꝯſtantē ⁊ q̄s ſit ꝯſtās. Arti. III.

Tertio querit̃ vtrū aliqua vis vel metus ca- C
dat in conſtantē virū vel nō. Uidet̃ aūt ꝙ nō Arg. p̄mo.
q2 de rōne cōſtantis eſt nō trepidare in ꝑicu-
lo: ergo nullū ꝑiculū infert ei metū. Ulterius hic q̄ Queſtiun-
rat̃ quis ſit vir conſtans vtrū vir dicat̃ conſtans ab cula.
aī ꝟtute vl' a natura. videt̃ aūt ꝙ nō ab aī ꝟtute: q2 Arguit̃ p̄°
q̄ hȝ vnā ꝟtutē hȝ oēs: ergo q̄ habet animi cōſtantiā
habet oēs virtutes: ſi igit̃ dicat̃ ꝯſtans a virtute ani
mi nō erit cōſtans niſi q̄ habet oēm virtutē: g̊ pctor
nunq̄ȝ excuſaret̃ ꝑ metū ⁊ hoc falſum eſt cū etiā adul-
ter qnqȝ ꝑ metū excuſet̃ a ꝓmiſſo/vt ante habitū eſt
ex ſentētia pauli iuriſcōſulti. Si autē dicat̃ a natu- 2°
ra cōſtans: g̊ omniū quoꝝ vna eſt natura: eſt vna cō
ſtantia: ſed oīm hoīm vna eſt natura: g̊ vna eſt ꝯſtan
tia ⁊ hoc iterum falſum eſt. Itē querit̃ vlteri⁹ q̄re Queſtiun-
nō ſimil'r dicat̃ de cōſtanti muliere/cū mulier fortis cula ſcđa.
laudet̃ Prouerb. vlti. de qua dicit̃: Accinxit fortitu Obiectio
dine lumbos ſuos ⁊c̃. Itē vlterius querit̃ vtrum Queſtiūcl'a
vno mō ſit cōſtantia omnib; cōſtantib;. Et videt̃ ꝙ tertia.
ſic: q2 ꝑfectio cōſequēs ſpeciē hoīs equaliter eſt in ipa Arg. primo
honeſtū autē vt dicit Auicē. naturaľr ꝑticipat homo
g̊ videt̃ ꝙ equaliter ꝑticipet ⁊ honeſtū ⁊ ꝑtes honeſti
ſed de partib; honeſti vna eſt cōſtantia: g̊ videt̃ ꝙ eq̄-
liter eſt in omnib; cōſtātib;. Itē hūilitas miſcđia
⁊ hmōi nō differūt in magno ⁊ paruo niſi ſm meritū 2°
ergo videt̃ ꝙ nec cōſtantia: g̊ vbi paruus dicet̃ con-
ſtans ibi ⁊ magnus ⁊ ecōuerſo: ⁊ vbi timet paruus
⁊ magnus. In cōtrariū eſt rñſum ſapientū ꝙ licȝ ti In ꝯtrariū
mere poteſt paruus homo nō cōſtans: ꝙ ſi timet hō
clare dignitatis formidoloſus vocabit̃: ergo nō vno
modo dicta eſt cōſtantia in oīb; ꝯſtātib;. Rñſio Solutio
dicendū ꝙ ꝯſtans vir eſt qui nō timet nō timēda. Et
dicit̃ a parte fortitudinis ciuilis cōſtans. Et accipit̃
intellectus cōſtantis p̄ncipaľr ex quattuor. ſ. animi

virtute statu tpe et loco Animi virtute q habeat audaciā multā vincēdi picula sibi proportionata et nō deijciatur statim vt vir vanus et formidolosus. de q dicit in Ps. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Et Job. 15. Cū pax sit ille sp insidias suspicat. Ex statu q2 pnceps nō habet timere hoc qđ habet timere plebeus. Ex tpe: q2 aliud est tpe desolatiōis et adiutorij timēdū. Ex loco: q2 aliud timet in cāpo et aliud in vrbe vbi adiutores parati sūt. in oib9 tn̄ hijs si assit pbatio sufficiētis metus pōt vir ɔstans clare dignitatis in vrbe tpe pacis habere metū rescindentē omne pmissum: sed iste cōditiōes sunt ɔstātis vt frequēter

Ad primū Ad primū g dōm q de rōne ɔstātis nō est vt nihil timeat: sed potius vt nō timeat nō timēda sicut etiā est de rōne fortis: sed nihil timēs / et in audēdo superabūdans psumptuosus et audax noiat. Ad aliud

Ad questiūculā. dōm qđ obijcit ab animi virtute ɔstās: sed illa virt9 est ciuilis: et iō nō oportet q q habet vnā hab3 oēs. s. q nō sit pctōr: q2 Hercules hector et alij quidā habebāt hmōi virtutē excellēter et tn̄ pctōres fuerunt: q eī dicit q habet vnā habet oēs itelligit de virtutib9 infusis et nō cardinalib9 fm oēm sui statū: sed potius fm statū pfectissimū vt pbat in. 6. eth. versus finē.

Ad 2m Ad aliud dōm q etiā si diceret esse virtus naturalis. i. naturale animi robur nō seqret q in omnib9 esset equaliter: q2 nō sequit speciē: sed potius cōplexionē. s. melācolia. cū eī melācolia sit terrea facta hab3 euaporatiōes nigras ad cerebrū lucidū: quib9 imprimunt terribilia fantasmata et est in eis calor nō sufficiēs ad calefactionē cordis et sanguinis vt faciat cordis motū fm Dyastolen et exsufflationē sanguīs et spirituū in mēbra exteriora et corpus: et iō manēt destituta frigida et timida refrigente sanguine ad cor et

Ad questiūculā scdam. stāte ibi. Et cū hec cōplexio nō sit in oib9 / nō oportet q oēs eqliter sint cōstantes. Ad aliud dicendū q mulierū cōplexio est multū timida pter debile calidū et vincēs humidū in quo cito pfundant terribilia et calidū debile non sufficit calefacere cor et sanguinē vt prius dictū est: vn̄ oīs mulier naturalr est timida

Ad obiectionem. nisi sit p accidēs vt virgīes q nō timēt. Et qđ obijcit de puerbijs dōm q itelligit de fortitudine in spūalibus et nō interiorib9 et exteriorib9. Ad aliud dicē

Ad qstiunculā tertiā cū primo. dū q ɔstātia nō est vno mō in omnib9 ɔstantib9 et variat ex duob9. s. ex cōplexione et studio virtutis vt dictū est. Et hoc qđ dicit Auicēna nō intelligit nisi ad capacitatē honesti relatā et non q equaliter pticipet.

Ad 3m Ad aliud dōm q etiā alie virtutes in actib9 suis ineqliter habent pter sup dictas causas: et ideo de qlibet sancto verificatur illud Nō est inuētus similis illi et c. Eccī. 44.

Arti. IIII. D

## An vis euacuet matrimonij cōsensum.

Argu. pmo q Uarto querit vtrū vis euacuet mrīmonij cōsensum: videt aūt q nō: q2 in alioꝝ sacramētoꝝ pceptiōe si extrinsecus ɔsentiat nō oportet

2o eū interi9 cōsentire: g nec i isto. Itē mrīmoniū sup iudiciū cadit hoīm: sed h nō est ex corde: g etiā si metu dissentiat interi9 dūmō extra se dicat ɔsentire videt

Jn ɔtrariū stare mrīmoniū. Jn cōtrariū est qđ dicit extra de sponsalib9 Cū locū vbi scribit Alexāder terti9 Cū locū nō habeat ɔsensus vbi metus vel coactio intercedit necesse est vt vbi assēsus cuiusq3 requirit coactionis materia repellat: mrīmoniū aūt solo cōsensu contrahit et vbi de ipo qrit plena d3 securitate ille gaudere cuius est anim9 indagādus: ne p timorē sibi dicat placere qđ odit et sequatur exitus q de inuitis nuptijs solet puenire et c. Rn̄sio dōm q metus q ca- Solutio

dit in ɔstantē virū excludit mrīmonij ɔsensum vt cōtractus in irritū reuocet. Ad primū g dōm q nō Ad primū

est sile de alijs sacris et de isto: q2 alia nō habēt obligatione nisi forte diuinā: istud aūt efficit in qdā obli-

gatiōe hūana q metu fieri pōt. Ad aliud dōm q iu- Ad 2m

diciū ecclīe est de viso et audito: et licet metus in corde sit tn̄ p signa pala t extra sicut qn̄ vident arma gladij et hmōi et qn̄ mine audiunt: et ideo tunc ecclesia iudicare potest.

## An metus in eo q vim patitur aliqđ relinquat peccatum.

Arti. V. E

Argu. pmo q Uinto qrit vtrū met9 i eo q vi patit aliqđ relinqt pctm̄. videt aūt q nō: q2 qđ ab alio fit nobis nō debet imputari: sed metus ab alio fit: g nobis imputari nō deb3: g nullū in nobis relinquit peccatū. Item iusticia humana non imputat

2o id qđ fit p metū: g nec diuina: ergo nō est inde pctm̄

3o aliqđ. Itē si esset pctm̄ tūc male faceret iudex absoluēdo vel resistēdo illi q fecit aliqđ pt metū: sed ɔstat q nō male facit: g videt q nullū in eo q vim patitur

Jn ɔtriū pō relinquat pctm̄. Jn ɔtrariū est q ille q metu pmittit mētit: q2 dicit vbū et aliđ itēdit: oē aūt mēdaciū est

2o pctm̄: g met9 relīqt pctm̄ i eo q patit. Itē spēs mali est pmittere et nō soluere: g ab illa ē abstinēdū sicut dicit. I. Thes. 5. g soluere tenet et si nō soluit peccat vt

3o videt. Itē pmissio et iuramentū q in deteriorē nō vergūt exitū sunt tenēda sicut dicit Beda: sed in nullū malū exitū vgit obseruatio isti9 pmissi vel iuramēti

4o ergo videt q debeat obseruari. Itē Judicū vltio vbi viri beniamin rapuerūt filias sylo et tn̄ stetit matrimoniū: g videt q etiā alijs iniungēdū sit q seruet

Solo qđ vi cogēte vl pmiserūt vl pmiserūt. Rn̄sio dōm q nō est iniungendū semp q seruet sed quādoq3 qn̄ vtile est seruare pter timorē futuri piculi tūc possūt moneri: sed nō debent cogi nec hoc eis debet in pnīa iniūgi. Ad id aūt qđ ɔ obijcit dōm q p illo mēdacio Ad primū

in ɔtrariū pōt iniūgi penitētia vel etiā de piurio et induci potest vt teneat: sed nō puto q debeat iniūgi. Ad aliud di- Ad 2m

cendū q species mali est nō soluere pmissum qđ voluntate fit: sed nō est ita de promisso coacto: quia hoc obesset multis si obseruaret: et ideo nō est iniūgendū

Ad 3m. Ad aliud dicendū q istud vergit in deteriorē exitū quia illi auget macula pcti per hoc q recipit alienū. Et etiam dictū Bede intelligit de votis et iuramentis nō coactis / in quibus firmatur volūtarius consensus: sed in hoc casu pro piurio debet iniūgi penitētia et nō iniūgi q fiat licet non possit induci et moneri

Ad 4m vt prius dictū est. Ad hoc qđ obijcit de filijs beniamin dicēdū q magistratus populi fecit vim illā licite ne vlla trib9 piret et illa vis tenet sicut dicit Ulpianus in lege supra inducta.

## De errore qui euacuat cōsensū.

Dist. XXX. Consensus q est efficiēs cā mrīmonij nō deb3 esse defectiuus ex pte rationis.

n Ec solum coactio impedit vel excludit consensum: sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius fortune: alius conditionis: alius qualitatis Error persone quando hic putatur esse homo ille: et est alius. Error fortune quādo pu-

a

tatur eſſe diues qui pauper eſt vel ecōuerſo.
Error conditionis quādo putatur eſſe liber
qui ſeruus eſt. Error qualitatis quādo pu=
tatur eſſe bonus qui malus eſt. Error fortu=
ne ⁊ qualitatis cōiugij cōſenſū nō excludit.
Error vero conditiōis cōiugalem cōſenſum
euacuat: de qua cōditione poſtmodū tracta
bimus. Error quoqȝ perſone cōſenſum cōiu
galē nō admittit vt ſi quis feminā nobilem
in cōiugiū petat: ⁊ pro ea alia ignobilis tra=
datur ei: nō eſt inter eos cōiugium: quia nō
conſenſit vir in iſtam ſed in aliam: vt ſi quis
ꝓmitteret mihi ſe vēditurū aurum: ⁊ pro au
ro offerret mihi auricalcum ⁊ ita me decipe=
ret: nūquid dicerer cōſenſiſſe in auricalcū:
nunqȝ volui emere auricalcum. nec ergo in
illud conſenſi: quia conſenſus non niſi volū=
tatis eſt. Sicut ergo error materie excludit
b cōſenſum: ita ⁊ in cōiugio error ꝑſone. Sed
Gen. 29. obijcitur de iacob qui pro rachel ſeptem an
nis ſeruierat: ⁊ ſuppoſita eſt ei lya: nūquid er
ror perſone excluſit cōiugiū: cum non in eā:
ſed in rachel conſenſerit? Sed qđ ibi factum
in myſterio geſtum nō improbe traditur. ibi
tamen ⁊ ſi nō preceſſit: ſecutus eſt conſenſus
c nec ex illo cōcubitu qui cōſenſum preceſſit
fornicarij iudicantur cum ille maritali affe=
ctu eam cognouerit ⁊ illa vxorio affectu de=
bitum perſoluerit putans lege primogenita
rū ⁊ paternis imperijs ſe illi iure copulatā.
Excuſatur etiam quia dei ꝯſilio in myſterio
ita actum eſt. Hodie etiā excuſaret̄ ille cui
inſcio vxoris ſoror lectulū eius ingreſſa ſe
ſubijceret: que cum ſine ſpe cōiugij ꝑpetuo
manere cenſeatur: ille tamen qui cognouit
eam per ignorantiā excuſatur: qđ per ſimile
I. Cor. II. c probat̄. Si enī diabolus transfigurans ſe in
angelū lucis credatur bonus nō eſt error pi=
culoſus. Qđ autē vir ille in illam mulierē nō
d conſenſerit: ex ſimili oſtendit̄. Si quis here=
ticus nomīe Auguſtini vel Ambroſij alicui
catholico ſe offerret eūqȝ ad ſue fidei imita=
tionē vocaret: ſi ille aſſentiret: in cuius ſen=
tentiā fidei diceretur conſenſiſſe? Non in he
reticoꝝ ſectam: ſed in integritatē fidei quā
ille hereticus ſe mentiebat̄ habere. Error ve
ro fortune cōſenſum nō excludit. Que enim
nubit pauperi putans illum eſſe diuitē: non
poteſt renūciare priori cōditioni quis erra=
uerit. Nec error qualitatis vt ſi quis ducat
vxorem meretricem vel corruptam quā pu=
tat eſſe caſtam vel virginem non poteſt eam
dimittere.

Quid ſit error. Arti. 1.
Et ſolū coactio impedit ⁊c. Hic agit̄ de impe A
n dimento erroris. Diuidit̄ aūt in tres ꝑtes.
In pᵃ agit de errore ꝑſone q̄ euacuat ꝯſenſū
In ſcđa de cōiugio btē ꝟginis ibi [ Premiſſis aliqđ
addendū eſt ⁊c. In tertia agit de cauſis ſecundarijs
mr̄imonij ibi. [ Expoſito q̄ ſit efficiēs cauſa. Adhuc
prima ſubdiuidit̄ in duas: in p̄ma tāgit qs error ma
trimonij cōſenſum euacuet ⁊ qs nō. In ſcđa obijcit
cōtra hoc ibi. [ Sȝ obijcit̄ de iacob q̄ ꝑ rachel. Inci
dit autē hic qſtio de errore: ⁊ q̄runt̄ ante lr̄am quat=
tuor. Primū qđ ſit error. Scđm vtrū ex ſui natura
impediat mr̄imoniū vel ex alio aliq̄. Tertiū qs ſit er
ror ꝑſone. Quartū de diuiſione erroris quā ponit
mgr̄ in lr̄a. Ad primū obijcit̄ ſic dicit Aug⁹. ꝙ er= Argu. p̄mo
ror eſt cū falſa ꝓ veris approbant̄: ḡ error eſt appro=
batio falſoꝝ pro veris. Videt̄ autē ſm̄ hoc ꝙ error
nō differat ab ig̃rātia q: ex ig̃rātia facti falſa ꝓ veris
approbāt̄: ḡ ignorātia ⁊ error ſūt idē qđ eſt ꝯtra Au=
guſtinū in. ij. de li. ar. vbi dicit ꝙ ignorātia eſt neſciē
tia alicuius faciēdoꝝ. Itē videt̄ potius debere po 2°
ni ignorātia ꝓ impedimēto cōſenſus. cū enī ꝯſenſus
debeat eſſe volūtarius id qđ eſt cōtrariū volūtati vi
det̄ eſſe cōtrariū cōſenſui: ſed inuolūtariū ꝑ ignoran=
tiā eſt cōtrariū volūtati: ḡ ꝯſenſui: ergo videt̄ ꝙ iſtud
magis ꝯſenſum excludat: ḡ magis debet poni ꝓ im=
pedimēto cōſenſus. Item volūtas ſupponit noti= 3°
ciam voliti: ergo quod omnino priuat noticiam vo=
liti magis tollit voluntatē qȝ id qđ relinqt noticiam
in parte: ſed ignorātia tollit in toto: error autē tm̄ in
ꝑte: ergo videt̄ ꝙ ignorātia plus impediat cōſenſum 4°
qȝ error. Itē nō dicit̄ ꝙ error facti excuſet: ſȝ poti⁹
ignorātia facti: qđ aūt in omnib⁹ excuſat eo ꝙ nō ꝑ=
mittit eſſe volūtariū illud magis debet impedire cō=
ſenſum mr̄imonij qȝ illud qđ nō dicit̄ ibi: ſed ignorā=
tia ab omnib⁹ ponit̄ excuſare factū: ḡ videt̄ ꝙ magis
ſit ponendū impedimētū qȝ error. Ulterius q̄rit̄: Queſtiun=
q: dicit Ariſto. ꝙ inuolūtariū ꝑ ignorantiā cōſequit̄ cula prima.
neſcientiā ſingulariū / in quib⁹ eſt actus ⁊ penitudo Argu. p̄mo
actu: ſed errorē nō cōcomitat̄ oīs ignorātia ꝑticula=
riū in quib⁹ eſt actus: ḡ videt̄ ꝙ ignorātia magis ſit
ponēda impedimētū qȝ error. Itē videt̄ ꝙ in om̄i 2°
mēdacio ⁊ deceptiōe falſa ꝓ veris approbant̄: ergo
videt̄ ꝙ in omnib⁹ talib⁹ ſit error: ḡ om̄ia talia eſſent
inuolūtaria qđ falſum eſt. Rn̄ſio dicēdū ꝙ illa de Solō
finitio erroris eſt bona: error enī nō eſt ignorātia vel Ad primū
neſciētia: q: neſciētia eſt priuatio ſciētie cuiuſcūqȝ rei
ſpeculatiue / ⁊ ideo nō eſt pctm̄: ſed ignorātia eſt neſci
entia operādoꝝ q̄ debēt ſciri ⁊ ideo pctm̄ eſt: ſȝ error
nō tollit totā ſciētiā: ſed qn̄qȝ fit ex eo ꝙ ſupponūt̄ op
poſita p̄ncipioꝝ ⁊ tunc vocat̄ a ph̄is ignorātia male
diſpoſitiōis ⁊ tūc cōtingit in maiori ꝓpoſitione. qn̄qȝ
autē cōtingit in minori ꝓpoſitione ⁊ tunc eſt error q̄=
litatis vel ꝑſone vel alicuius alteri⁹ enumeratoꝝ in
lr̄a. Et ex hoc patȝ ꝙ error ſemꝑ preſupponit aliquā
noticiā ei⁹ circa qđ errat̄. ſ. ꝑ famā vel viſum vel opi
nionē ſicut dicūt iuriſperiti: ⁊ ideo ptȝ ꝙ nō eſt p̄ua=
tio pura ⁊ hoc eſt qđ dicit definitio vera ꝓ falſis ap=
probare: q: ignorātia vel neſciētia nihil approbat̄ ꝓ
aliquo ſed ſimpl'r priuat̄ ſciētia ab ignorāte: ſed error
in maiori ꝓpoſitiōe eſt ſicut error iuris ⁊ error in mi=
nori eſt ſicut error facti ſicut error nicolai Apocal̄. 2.
qui ideo ꝙ dixit deus Creſcite ⁊c. dixit nō eſſe pctm̄
mulieri quocūqȝ modo cōmiſceri i ſexu quē dn̄s crea

nit vt cuius cōmixtionē precepit ꝛ fructū benedixit. Erro autē Jacob Gen̄.29. fuit ſicut error facti q̄ factū ad nō factū reuocat. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad pri
Ad alia oīa mū. Ad oīa alia p̄ter vltimū ē vna ſolō ꝙ in ignorātia ꝛ neſciētia nullus eſt omino conſenſus: qꝛ de ignorato nulla eſt cognitio ꝛ ideo nunq̄ȝ contingit fieri conſenſum matrimonij: ꝛ ideo nō euacuat eū: ſed errans cogitat de eo qđ ſm q̄d nouit ꝛ nō ꝑfecte: ꝛ ideo aliū ꝓ eo accipit: ſȝ ī eū quē ſm q̄d nouit ɔſentit: ꝛ iō euacuat conſenſum in iſtum: licet nō ſimpl'r euacuet
Ad vltimū cōſenſum in eū qui ſm q̄d notus eſt. Ad vltimū di
qđ eſt 2m. cendū ꝙ in oī mēdacio eſt intētio decipiēdi: ſed nō decipit̄ q̄ mentit̄: qꝛ nō approbat qđ dicit: ſed audiens circa dictū errare ꝛ decipi pōt: ꝛ ideo circa audientē mendaciū bene pōt error attingere.

## Arti. II. B An error ex ſui natura euacuet ꝛ impediat matrimonium.

Argu. p̄mo ſ Ecūdo querit̄ vtrū ex ſui natura euacuet cōſenſum mr̄imonij. Videt̄ autē ꝙ nō qđ eīm ex ſui natura euacuet mr̄imoniū videt̄ peccare cōtra aliqđ bonoꝝ mr̄imonij: ſed error talis nō peccat cōtra aliqđ bonoꝝ mr̄imonij: g̃ videt̄ ꝙ ex ſui natura mr̄imoniū nō euacuet. Prima patȝ ꝑ ſe. Scđa autē ꝓbat̄ ex hoc ꝙ mr̄imoniū nō faciūt honeſtū niſi
2o bona q̄ ip̄m efficit. Itē qđ ex ſui natura impedit mr̄imoniū ſm totū ſui ābitū ſue cōitatis īpedit matrimoniū: ſed error nō ſm totum ambitū ſue cōitatis īpedit mr̄imoniū: g̃ nō ex ſua natura īpedit ip̄m. Probat̄ autē p̄ma ex hoc ꝙ q̄cquid cōuenit hoī ſm ſuā naturā cōuenit oī hoī. Scđa autē ſcribit̄ in lr̄a. qꝛ ibi dicit̄ ꝙ error qualitatis vel fortune mr̄imoniū
3o nō impedit. Itē qđ ɔuenit alicui ſm ſuā naturā illi maxime cōuenit in q̄ eſt natura illa maxime: ſed erroris natura magis eſt in errore vl'is ꝓpoſitiōis ſiue iuris q̄ȝ in errore minoris ꝓpoſitiōis ſiue facti: g̃ ille error magis euacuat mr̄imoniū: ſȝ hoc eſt falſum: qꝛ ſicut ignorātia iuris neminē excuſat/ita nec error: g̃ videt̄ ꝙ ꝛ hoc falſum ſit ex q̄ ſequitur.ſ. ꝙ error ex ſui
In ɔ̃riū p̄o natura euacuat mr̄imoniū. In ɔ̃riū hui⁹ eſt qđ dic Gratian⁹.xxix.q.j.ſic. Cōſenſus eſt duoꝝ vl' pluriū ſenſus in idē: q̄ autē errat nō ſentit nec ɔſentit id eſt ſimul alijs ſentit: patet igit̄ ex diffinitiōe erroris ꝛ conſenſus ꝙ error eſt cōtrarius cōſenſui: g̃ ꝛ ſm naturā: qꝛ hoc rei maxime cōuenit ꝑ naturā qđ cōuenit ei ex
2o diffinitiōe. Itē oīs error excludit volūtariū: ſȝ oīs cōſenſus eſt volūtarius: g̃ oīs error excludit cōſenſū circa hoc circa qđ errat̄: g̃ hoc cōuenit ei natural'r qꝛ
3o general'r. Itē de iuriſditione iudicū.2.li.veterum pandectaꝝ ſicut dicit Vlpianus ſi ꝑ errorē alius ꝓ alio p̄tor fuerit additus nihil valebit qđ actū eſt nec eīm ferēdus eſt q̄ dicat cōſenſiſſe in p̄ſidē cū vt Julianus ſcribit nō conſentiāt qui errāt: q̄d eīm tā ɔtrariū eſt cōſenſui q̄ȝ error q̄ impitia detegitur. Ex hoc accipit̄ ꝙ nihil adeo ɔtrariū eſt ɔſenſui ſicut error igitur
4o de natura ſua euacuat conſenſum. Itē.xxix.q.j. Gratianus ſi q̄s eīm paciſceret̄ ſe vēdituꝝ agrū marcello ꝛ poſtea veniret paulus dicēs ſe eſſe marcellū ꝛ emeret agrū ab illo nunq̄d cū paulo conuenit ille de p̄cio q̄ſi diceret nō ergo error de ſe excludit pactū cōicatiōis ī ɔtractu quocūqȝ: g̃ de ſua natura etiā exclu
5o dit cōſenſum. Itē Ariſto. Greg. nicenus ꝛ Dam̄. dicūt cōiter ꝙ volūtariū ē cui⁹ p̄ncipiū eſt ī ip̄o ɔſentiente ſingularia in q̄bꝫ eſt actus: ſed errās in ꝑſona p̄ncipiū ſingulariū ignorat: g̃ ip̄i⁹ act⁹ nō eſt volūtarius: g̃ nec circa hoc eſt cōſenſus: qꝛ oīs cōſenſus eſt volūtarius ꝛ ſic habet̄ idē qđ prius. Rn̄ſio dōm Solō
ꝙ de ſui natura error ꝑſone euacuat cōſenſum ꝛ per ɔn̄s mr̄imoniū: ita ꝙ etiā ſi eccl'ia nō ita determiaret ꝛ ſtatueret tn̄ eq̄tate naturali cōſenſus ꝑ errorē exclu
deret̄. Ad primū g̃ qđ ɔtra hoc eſt dicēdū ꝙ error Ad p̄mū qđ
peccat ɔtra ip̄am mr̄imonij eſſentiā q̄ eſt īdiuiduitas p̄o obijcit̄.
aīoꝝ ꝛ corpoꝝ indiuiduā vite cōſuetudinē retinēs: ꝛ ideo poſtea nō habēt locū bona mr̄imonij: qꝛ ſtatim
euacuat fidē cōſentiēter cōtrahentiū. Ad aliud di- Ad 2m
cendū ꝙ ſm totū ambitū ſpeciei īpedit mr̄imoniū ꝛ dirimit cōtractū qꝛ non eſt cōtractū ꝛ h̄ iō cōtingit: qꝛ vis impeditiua cōſenſus in hunc cōſequit̄ ſpeciē ꝛ nō genus: ꝛ iō error ꝑſone impedit nō autē error q̄li
tatis. Ad aliud dōm ꝙ error mr̄imonij in iure cir Ad 3m
ca mr̄imoniū cōtractū poſſet eſſe nō niſi hoc mō ꝙ diceret̄ mr̄imoniū eſſe ſi nō legittimo cōſenſu cōtraheret̄ ꝛ inter legittimas ꝑſonas ꝛ tunc bn̄ euacuaret̄: qꝛ nō eſſet ibi cōſenſus mr̄imonij ꝛ imputaret̄ eis in pctm̄ q̄ ſic cōuenirēt ꝛ ideo illa obiectio nō eſt ad ꝓpoſitū ꝛ qđ infert ꝙ error iuris nō excludit ip̄e dicit falſum: ſed veꝝ eſt ꝙ nō excuſat eū a pctō ſicut error facti. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad totum.

## Arti. III. T Quid ſit error perſone.

Argu. p̄mo t Ertio q̄rit̄ q̄d ſit error ꝑſone. videt̄ autē ꝙ h̄ ſit ꝑſonā ꝓ ꝑſona approbare ſic̄ ſi intēdā ɔſentire in petrū ꝛ exhibeat̄ mihi marcian⁹. videt̄ autē ꝙ iſte nō excludit mr̄imoniū: qꝛ oīa q̄ req̄runt̄ ad bona mr̄imonij ita inueniunt̄ in vno ſicut in alio
g̃ videt̄ ꝙ tm̄ valet exhibere vnū q̄ȝtum aliū. Itē 2o
ſi auꝝ intendā emere aliqđ ꝛ alius exhibeat mihi aliud auꝝ equalens illi nō poſſum me dicere deceptū: g̃ ſi mulier cōſentit in alicui⁹ dignitatis ꝛ cōditiōis virum ꝛ exhibeat̄ ei vir eque bone conditiōis. videt̄ ꝙ nō pōt dicere ſe eſſe deceptā: g̃ nec mr̄imoniū qđ con
traxit impediet̄. Itē ponam⁹ ꝙ illa q̄ errauit in ꝑ- 3o
ſona multis annis ſederit cū eo ꝛ poſt filioꝝ partus p̄mo ſciat ꝛ poſcat eū ī quē ɔſenſit. videt̄ ꝙ tūc graue ſit recedere ab iſto: g̃ videt̄ ꝙ nō ſꝑ error ꝑſone exclu
dat ɔſenſum mr̄imonij. Itē ponam⁹ ꝙ frater ei ꝓ 4o
fratre ſupponat̄ ꝛ in primū cōſenſit ꝑ verba de p̄nti cū ſcđo autē cōmixta eſt carnaliter videt̄ igit̄ ꝙ meli⁹ ſit ꝙ maneat cū ſcđo licet ꝑ errorē illi ſit cōiuncta: qꝛ
ꝓpter affinitatē p̄mū videt̄ nō debere habere. Ad Solō
hoc dōm ꝙ vbi eſt error ibi eſt nulla volūtas vt dicit ius: ꝛ iō error ꝑſone totū excludit cōſenſum ꝛ nullū
ibi patit̄ eſſe mr̄imoniū. Ad p̄mū g̃ bene videt̄ eſſe Ad primū
cōcedendū ꝙ talis eſt error ꝑſone ꝓut ibi exponitur.
Ad aliud dōm ꝙ licet cū alio poſſit eſſe fides thori Ad 2m
ꝓles ꝛ ſacr̄m tn̄ nō eſt mr̄imoniū: qꝛ nō eſt cōſenſus
in ip̄m: ꝛ iō ibi nulla eſt mr̄imonij eſſentia. Ad aliđ Ad 3m
dōm eodē mō ꝙ nō eſt ſil'e: qꝛ in cōtractu emptiōis ꝛ vēditiōis pōt eſſe rēcōpenſatio ꝑ equalēs ꝛ hoc nō pōt eſſe in mr̄imonio. nō eīm equalentē ꝓ ſuo mulier recipe pōt: qꝛ illi⁹ legi ſbiecta eſt q̄ȝto tp̄e vir ei⁹ viuit
vt dicit apoſtolus.I.Coꝝ.7. Ad aliud dicendum Ad 4m
ꝙ ſi conſenſit cum primo per verba de preſenti ſecūdus non poteſt eſſe vir eius etiam ſi liberos habeat per ip̄m ꝛ ſit frater prioris: ꝛ ideo debet ſeperari ab eo ꝛ reddi primo.

## Arti. IIII. D An erroris diuiſio quā ponit magiſter in littera ſit bene aſſignata.

Uarto querit̃ de diuiſiõe erroris quã ponit
q in lr̃a.ſ.ꝙ eſt error cõditiõis ꝑſone fortune q̃-
Argu.pͥmo litatis ⁊c̃.ſ̃.a. Uidet̃ autẽ ꝙ oẽs iſti errores
excludãt cõſenſum mr̃imonij:q: oĩs ↄſenſus de ſe fa
cit voluntariũ ⁊ oĩs error de ſe facit inuoluntariũ:g̃
2º oĩs error de ſe excludit ↄſenſum. P̃.videt̃ ꝙ error
euacuet voluntatẽ ꝑ illud Ariſto.ſuꝑ inductũ q: vo-
luntariũ cõſcit ſingularia:ſed errãs nõ conſcit g̃ oĩs
3º error excludit conſenſum. Ulterius videt̃ ꝙ error
cõditiõis nõ euacuet:q: nõ eſt cõtrari⁹ bono mr̃imo
nij:ergo videt̃ ꝙ error cõditiõis nõ euacuat ꝙ nõ de
4º beat excludere. Jtẽ pl⁹ depꝛauat cohabitationẽ ⁊
ꝓlem error cuiuſdã q̃litatis vt lepre q̃ȝ error cõditio
5º nis ⁊ pͥmus error nõ excludit g̃ nec ſcõs. Ulteri⁹
videt̃ ꝙ error q̃litatis qñq; excludit cõſenſum:q: im
potẽtia coeũdi eſt q̃litas ⁊ excludit vt infra habebit̃:
6º ergo error q̃litatis qñq; euacuat mr̃imoniũ. Jtẽ
magis fugiẽda eſt mala q̃litas aĩe q̃ȝ corꝑis:ſed aliq̃
mala q̃litas corꝑis excludit vt ꝓbatũ eſt:g̃ etiã mala
diſpoſitio aĩe:g̃ ſi credat̃ bonus q̇ malus eſt videt̃ ꝙ
7º error ille excludat cõſenſum. Ulteri⁹ videt̃ ꝙ etiã
error fortune cõſenſum euacuet:q: multa ſunt one-
ra mr̃imonij ꝓpter qd̓ indiget dote ⁊ ꝑaferna:ſ; pau
per hec onera ſubleuare non poteſt:g̃ cũ conſentit̃ in
pauperẽ q̇ diues eſſe credit̃ videt̃ ꝙ error fortune ma
8º trimonij cõſenſum excludere debeat. Ulteri⁹ q̃rit̃
cũ multe ſint q̃litates vt ⁊ ille q̃s in lr̃a enumerat ſi-
cut iuuentus ⁊ ſenectus ſanitas ⁊ infirmitas ⁊ alia
plura q̄ onerosam vel iocundã cõiugũ faciũt cohabi-
tationẽ q̃re ipẽ oẽs illas in lr̃a nõ tangit ſicut iſtas q̃-
Solo. litates. Rñſio dõm ꝙ nullus error euacuat con-
ſenſũ mr̃imonij niſi ille q̇ eſt circa rẽ illã ſicut ſuꝑ quã
cadit cõſenſus:ſicut ſuꝑ materiã:q: illã debet ſcire ſi
cõſentit ſicut patet in exemplis in lr̃a inductis ⁊ hoc
patet expꝰſſe in errore ꝑſone:ſed q: ↄditio ĩmobilis eſt
circa ꝑſonã:ideo ĩpoſſibile eſt vt idẽ ingenu⁹ ſit ⁊ ſer-
uus:⁊ ideo qñ cõſentit̃ in ingenuũ ⁊ exhibet̃ ſeruus
nõ eſt tm̃ error cõditionis ſed etiam ꝑſone ⁊ ergo iſti
Ad primũ duo errores euacuãt cõſenſum. Ad id ergo qd̓ pri
mo obijcit̃ ꝙ oĩs error euacuat cõſenſum mr̃imonij
dicendũ ꝙ non oĩs error euacuat cõſenſum mr̃imo-
nij nec facit cõſenſum inuoluntariũ de ꝑſona.ſ.de ali
quo qd̓ credit̃ in ꝑſona ꝑ accidẽs ⁊ mobiliter ſicut di
Ad 2m uitie bonitas ⁊ hmõi:⁊ iõ cũ nõ directe facit ĩuolũta
riũ cõſenſum nõ excludit mr̃imoniũ. Ad aliud di-
cendũ ꝙ cõſcit ſingularia ſub aliq̃ actu:q: ſcit in quo
Ad 3m ſiue in quẽ ↄſentit:ſed aliq̃d eſt circa illum ꝑ accidẽs
qd̓ ignorat ⁊ hoc nõ obſtat mr̃imonio Ad id qd̓ vl-
terius obijcit̃ de errore cõditiõis dicendũ ꝙ euacuat
Ad obiectũ cõſenſum ex cã prius dicta. Ad obiectũ ↄtra dõm
ꝙ eſt ↄtra liberꝝ ſtatũ mr̃imonij ⁊ cõtra oĩa iura con-
iugis ⁊ ꝓlis ⁊ deturpat totã honeſtatẽ ⁊ cõiugũ ⁊ li-
berꝝ ⁊ iõ libertas fauorabilis ẽ ⁊ iõ excludit error
Ad 4m ↄditiõis ↄſenſum. Ad aliud dicendũ ꝙ nõ eſt ex h̃
ꝙ excludit cõſenſum:ſed potius ex hoc ꝙ error cõdi-
tionis ĩplicat errorẽ ꝑſone licet adijciat deturpatio-
Ad 5m nẽ cõditionis in cõiugib⁹ ⁊ liberis vt dictũ eſt. Ad
aliud dõm ꝙ nõ accipit̃ hic q̃litas large ſed ſpẽalr̃ ꝓ
illa q̄ nõ eſt cõtraria actui mr̃imoniali: q: illa etiã q̃li
tas eſt alia ſicut cuiuſdã ſubſtãtialis mr̃imonij pͥua-
Ad 6m tio. Ad aliud dõm ꝙ q̃litas mẽtis aliter põt cura
ri q̃ȝ ꝑ excluſionẽ cõiugij.ſ.ſi mulier nõ imitet̃ virum
quia in tali caſu etiã vtile eſt qñq; cõiungi malũ virũ
cũ bona fẽia vel ecõuerſo: q: dicit apl̃s.1.Coꝝ.7.ꝙ
vnus cõiugum frequẽter ſctificat̃ ꝑ aliũ bonũ. Ad Ad 7m
id qd̓ vlterius querit̃ de errore fortune dicendũ ꝙ il
la mobilis eſt circa ꝑſonã:⁊ ideo nõ excludit. Ad id Ad id qd̓ eſt
autẽ qd̓ ↄ̃ obijcit̃ dicendũ ꝙ hoc fit ad bene eſſe mr̃i- ↄtra 7m
monij ⁊ nõ ad eſſe:⁊ ideo nõ valet obiectio. Ad ali- Ad 8m
ud dicendũ ꝙ tales q̃litates frequẽter ſubiacẽt ocul̾
ↄtrahẽtiũ.ſ.ſenect⁹ iuuẽtus infirmitas ⁊ ſanitas:⁊
iõ tales nõ oꝑtet ponere:q: cũ videt eſſe pñt ↄſentire
vel diſſentire:ſ; iſte q̃s hic enumerat ſunt magis latẽ
tes ⁊ poſſet alicui videri ꝙ excluderẽt cõſenſum niſi
exprimerentur.

## An lya cõiungens ſe Jacob qui conſenſe rat in Rachel mortaliter peccauit ⁊ adulte rium cõmiſit. Arti.v

Einde q̃rit̃ de h̃ qd̓ dicit [Sed obijcit̃ de ia-
d cob ⁊c̃.ſ̃.b. Uidet̃ eñ falſum dicere in lr̃a ꝙ Argu.pͥmo
Lya excuſet̃ ꝑ h̃ ꝙ vxorio affectu debitũ red-
diderit putãs lege primogenitaꝝ ⁊ pr̃nis impꝰijs ſe
iure copulatã:hoc eñ videt̃ falſum: q: ignorãtia iu-
ris neminẽ excuſat:ſed hec eſt ignorãtia iuris ꝙ ali-
q̇s eo ipõ credat ſe eſſe cõiugẽ ſponſi ſororis: q: eſt pͥ-
mogenita:g̃ videt̃ ꝙ lya nõ excuſet̃. Adhuc ſine cõ 2º
ſenſu puelle nõ põt fieri mr̃imoniũ: cõſenſus autẽ eſt
ſenſus duoꝝ vt habitũ ẽ ante/ ⁊ hoc bene ſciuit Lya
ꝙ ipa nõ fecerit:g̃ ſciuit ſe non eſſe cõiugẽ:g̃ peccauit
mortal̾r ſe iacob ↄiungẽdo. Ad hoc dõm ꝙ laban Solutio
peccauit mortal̾r:ſed nõ lya:q: ↄſenſus mr̃imonij nõ ad totum.
tm̃ fit ꝑ ſe ſed ꝑ aliũ mediatorẽ exiſtentẽ ⁊ ita per pa-
trẽ vt mediatorẽ ↄſentit lya Et ſic pꝫ ſol̾o obiectoꝝ.

## An aliq̇s adorãs diabolũ mortal̾r peccet

Einde querit̃ de h̃ qd̓ dic̃ ibi [Si eñ diabo- Arti. VI.
d lus trãſfigurãs ſe in angelum lucis ⁊c̃.ſ̃.c. E
Uidet̃ eñ ꝙ falſum dicit: q: dicit̃.1.Joh.4.
Nolite oĩ ſpiritui credere ſed ꝓbate ſpũs vtrũ ex deo
ſint:g̃ peccat q̇ ñ ꝓbat:ſ; nõ ꝓbat q̇ diabolũ loco xp̃i
adorat:g̃ videt̃ ꝙ ipẽ nõ peccat:g̃ ſil̾e nõ valet. Sed
q: de h̃ ſuꝑ tertiũ eſt notatũ dicendũ ꝙ ipẽ loquit̃ in Solo
tali caſu qñ ſufficiẽs cautela de ꝓbatiõe ſpũs eſt ad-
hibita tũc adhuc debet dicere cũ bartholomeo ado-
ro ſed nõ ydolũ ſed deũ adoro nõ demonẽ ſed ieſum
xp̃m ⁊ ſi tũc etiã eſt deceptus nõ nocet.

## An ſuſcipiẽs hereticũ peccet mortaliter. Arti. VII.

Lterius querit̃ de alio ſil̾i qd̓ tangit ibi [Si F
v quis hereticus nõie Auguſtini ⁊c̃.ſ̃.d. Hoc Arg.primo
eñ videt̃ nihil valere:q: ille ſuſcipit hereſim:
ſed q̇ ſuſcipit hereſim nõ excuſat̃ etiã ſi ꝑ angelũ ſuſce
piſſet eam:g̃ ipẽ peccat ⁊ ſic ſil̾e nihil valet. ꝙ autem
minor vera ſit patet Gal̾.1. Si angelus de celo euã
gelizet vobis preter id qd̓ euãgelizauim⁹ vobis ana
thema ſit. Rñſio loquit̃ hic de deceptiõe hoĩs nõ
erroris licet eñ deceptores hereticoꝝ condẽnent̃ tñ Solutio
recipiẽs hereticũ nõie catholici nõ condẽnabit̃. Et h̃ ad totum.
intẽdit in lr̃a. Et ꝑ hoc patet ſolutio.

## De cõiugio marie et ioſeph.

Premiſſis aliquid addendũ eſt de modo il
lius cõſenſus: qui inter mariã ⁊ ioſeph inter
ceſſit. Sane credi poteſt nõ ſolum mariã ſed
etiam ioſeph apud ſe diſpoſuiſſe ꝟginitatẽ
ſeruare velle:niſi deus aliter iuberet: eoſq;
ſic cõſenſiſſe in coniugalẽ ſocietatẽ vt vterq;
de altero reuelante ſpirituſctõ intelligeret

ꝙ virginitatē ſeruare vellet niſi deus aliter inſpiraret: ſed illam voluntatē verbis nō expreſſerant: poſtea vero expreſſerunt ⁊ in virginitate permanſerunt. Conſenſit ergo maria in maritalem ſocietatem: ſed non in carnalem copulā: niſi de eadem ſpecialiter deꝰ preciperet: cuius etiam conſilio in maritalem cōſenſit copulā: quia virginitatē ſeruare volebat: ⁊ ideo nō aliter conſenſiſſet in cōiugalem ſocietatē: niſi familiare dei conſiliū habuiſſet. de qua Augu. ſic ait: Beata maria ꝓpoſuit ſe ſeruaturā votum virginitatis in corde: ſed ip̄m votum nō exp̄ſſit in ore. Subiecit ſe diuine diſpoſitioni: ꝓpoſuit ſe pſeueraturā virginē: niſi deus aliter ei reuelaret. Cōmittens ergo virginitatē ſuā diuine diſpoſitioni: conſenſit in carnalē copulā: non illam appetēdo: ſed diuīe inſpiratiōi in vtroq; obediēdo: poſtea vō ſimul cum viro labijs expreſſit: ⁊ vterq; in virginitate pmanſit.

## Qḋ perfectum inter eos fuit cōiugium.

Inter quos vt ait Aug: perfectum fuit cōiugiū: perfectū quidē non in ſignificatiōe: ſed in ſanctitate. Sanctiora ſunt eñ cōiugia pari voto continentiū. vnde Aug. Quod deo pari voto ⁊ ꝯſenſu voueratis: ambo pſeuerāter reddere debuiſtis a q̄ ꝓpoſito ſi lapſus ē ille tu ſaltē pſeuera. Non qꝛ pariter tᵱabitis a cōmixtione carnali: iō maritus tuus eſſe deſtiterat: imo vero tanto ſanctius ꝯiuges manebatis: q̄nto ſanctiora concorditer placita ſeruabatis. Perfectum ergo fuit marie ⁊ ioſeph coniugiū in ſanctitate. Perfectū etiam fuit ſm̄ triplex bonū cōiugij fidem. ſ. prolem ⁊ ſacramentū. Omne eñ nuptiarū bonum vt ait Augꝰ. impletū eſt in illis parentibus chriſti: fides: proles: ſacramentū: Prolē cognoſcimus ip̄m dñm. Fidē quia nullū adulteriū. Sacramentū quia nullū diuortiū. Solus ibi nuptialis cōcubitus non fuit: quia in carne peccati fieri nō poterat ſine pudenda cōcupiſcētia carnis: que accidit ex peccato: ſine qua concipi voluit qui ſine peccato futurus erat. Et licet nō interceſſerit cōiugalis cōcubitus: cōiuges tamen vere fuerūt mente nō carne ſicut ⁊ parētes: q̄uis Amb. dicat perfectū fieri coniugiū per carnalē copulā. In omni inquit matrimonio coniūctio intelligitur ſpiritualis: quā cōfirmat ⁊ perficit cōiunctoꝝ cōmixtio corporalis. Sed intelligēdum eſt coniugiū perfici cōmixtione corporali: nō q̄tum ad veritatē vel ſanctitatē cōiugij: ſed q̄tum ad ſignificationē: quia pfectius vnionē xp̄i ⁊ eccleſie tunc figurat.

An erat verū matrimoniū inter ioſeph ⁊ glorioſam dei genitricē virginem. Arti. VIII. D

Einde q̄rit̄ de h̄ qḋ dic̄ ibi [Premiſſis aliq̄d D addendū eſt de mō ⁊c̄. Querunt̄ aūt ibi q̄nq; quoꝝ primū eſt vtrū fuerit cōiugiū. Secūdo vtrū fuerit pfectū. Tertio vtrū votū cōtrariat̄ cōſenſui faciēti mr̄imoniū. Quarto vtrū bonū ꝓlis illius mr̄imonij fuit bonū. Quīto ⁊ vltimo vtrū fuerit ibi indiuiduitas vite. Ad primū hoꝝ ſic obijcit̄ altiſſimus ſtatus mr̄i dei cōpetebat: ſed altiſſimꝰ ſtatꝰ eſt extra mr̄imoniū: g̃ mat̄ dei mr̄imonio ligata nō fuit: g̃ nō fuit mr̄imoniū int̄ eā ⁊ ioſeph. (Argu. p̄mo) Adhuc pfectiꝰ eſt votū qḋ abſolute fit q̄ȝ id qḋ fit ſub dubio: ſȝ optimū ⁊ pfectiſſimū iponēdū eſt matri dei: g̃ videt̄ ꝙ ſuū votū fuerit tale: ſȝ h̄ impedit mr̄imoniū: g̃ ip̄a poſtea nō cōtraxit mr̄imoniū. (2o) Adhuc Geñ. 15. dicit̄ ꝙ generatiōe q̄rta reuertent̄ huc: ⁊ hec eſt cōtraria ſecūde qꝛ p̄ma fuit viri de terra. ſc̄da mulieris virginis de viro virgine nō deſponſato: ⁊ tertia de cōmixtiōe matrimonio ꝯſueta: g̃ q̄rta debuit eſſe viri de femina nō cōiugata: g̃ b̄tā virgo ꝯiugiū cum ioſeph nō habuit: qꝛ ego relinq̄ pro cōſtanti ꝙ ip̄a fecit q̄cquid debuit. (3o)

Si forte dicas ꝙ voluit deus ꝙ eſſet cōiugata vt ſolaciū viri haberet in ꝓcuratōe. Cōtra: maioris meriti eſt nō habere viꝝ nec ꝓcurationē viri q̄ȝ nō habere q̄dē ꝑ cōmixtionē: ſed h̄r̄e ſui ꝓcurationē: ſȝ ip̄a fecit ſemꝑ qḋ fuit maiꝰ meritū: g̃ videt̄ ꝙ ip̄a nullo mō habuit virū: g̃ inter eā ⁊ ioſeph nō fuit ꝯiugiū. (Solo. Obiectio) In ꝯtrariū huiꝰ eſt ꝙ ſūma ſapia ſūme cauere debuit matri ſue ⁊ ab infamia ⁊ a ꝑiculo: ſȝ nō eſſet cautū niſi ꝑ deſponſationē: qꝛ aliter credita fuiſſet adultera ⁊ lapidata: g̃ xp̄s q̄ eſt ſūma ſapia ordinauit ꝙ eſſet cōiugata: g̃ fuit cōiugiū inter eā ⁊ ioſeph. (In ꝯ̄riū p̄o) Adhuc altior ſtatus eſt virginitatis q̄ȝto magis habet impugnās dūmō in pfecta mūditia pſeueret: ſed talis ipugnatio p̄cipue ē in cōiugoꝝ ſctiſſima cōtinētia: g̃ in talibꝫ altiſſimꝰ eſt ſtatꝰ virginis: ſȝ ſtatꝰ altiſſimꝰ decebat matrē xp̄i: g̃ decebat matrē xp̄i vt eſſet cōiugata dūmō in ꝯcupia nō eſſet cōiūcta ꝯiugi ſuo. (2o) Ulterius q̄rit̄ de cauſis deſpōſatiōis b̄tē v̄ginis q̄s tāgit Origenes in omelia de vigilia natiuitatis dñi ſic dicēs: Que fuit neceſſitas vt eſſet maria deſponſata ioſeph niſi ꝓpterea q̄tenus hoc ſacr̄m diabolo celaret̄: ⁊ ille malignꝰ fraudis cōmenta aduerſus deſponſatā virginē nulla penitꝰ inueniret. vel iō deſpōſata fuit ioſeph vt nato infanti ⁊ ip̄i marie curā videret̄ gerere ſiue in egyptū iens ſiue inde denuo veniēs. Et infra Si eñ nō fuiſſet deſpōſata oīm bonoꝝ incredibiles ⁊ inimici iudei lapidibꝫ eā occidiſſent. (Queſtiuncula prima.) Ex hijs colligunt̄ tres cauſe quare de cōiugata voluit xp̄s naſci vt diabolo ſacr̄m celaret̄: vt ſolaciū ⁊ obſequiū mr̄i ⁊ ſibi exhiberet̄ ⁊ nō mater tanq̄ȝ adultera a iudeis infamaret̄ ⁊ lapidaret̄. (Cauſe tres q̄re maria fuit ioſeph deſponſata) Videt̄ aūt p̄ma nulla eſſe: qꝛ demones naturalia dona ſicut dicit Dionyſius nō amiſerūt: ſed ꝑ naturā ſciūt ⁊ cognoſcūt deū. g̃ ꝑ naturā deitatē in xp̄o cognouerūt: g̃ hoc ſacr̄m nō fuit celatū demonibꝫ ꝑ cōiugiū. (Arguit̄ p̄o) Adhuc demones vident oīa naturalia: g̃ cognoſcūt ſigna virginitatis ⁊ corruptiōis: g̃ ꝑ hec ſigna cognouerūt matrē xp̄i eſſe virginē poſt partū: ergo ſciuerūt xp̄m eſſe filiū virgi- (2o)

3o nis:ergo per hoc nō fuit eis celatū ſacramentū Ad
huc ipſi cognouerūt xp̄m nō habere pctm̄ ꝑ hoc ꝙ de
ſuo nihil inuenerūt in ip̄o:ergo ſciuerūt eum aut eſſe
mūdatū aut p̄ter legē cōmunē natū:ſed nō ſciuerūt
ip̄m eſſe mundatū:qꝛ nunq̄ꝫ habuit pctm̄:ergo ſciue
runt eū eſſe natum p̄ter legem cōmunē:ḡ nō de viro
nec de femina ſed de virgine natū: ḡ nō fuit eis cela-
tū ſacramentū. Q aūt ſequat̄ ꝓbat̄ ꝑ Aug. in li. de
nuptijs ⁊ cōcupiſcētia ꝯtra iulianū pelagianū ⁊ per
anſelmū in li. de conceptu virginali q̄ multis rōnibꝫ
ꝑſuadere cōtendūt oēm illū cōtrahere originale q̄ ꝑ
legē cōmunē naſcit̄ ex viro ⁊ femina:⁊ ideo beatā vir
ginē nō potuiſſe tranſfundere originale:qꝛ p̄ter legē
Queſtiūcl'a cōem pepit. Ulterius querit̄ de ſcd̄a:qꝛ cū venerit
ſcd̄e rōnis. pati paupertatē ꝓ nobis/videt̄ ꝙ magis debuit tali ſo
Queſtiūcl'a lacio matrē velle deſtitui q̄ꝫ iuuari. Sil'r aūt de ter
de tertia cā. tia opꝫtet qꝛ iudei legerāt ſcripturā Eſaie. 7. in q̄ dicit̄
Ecce virgo cōcipiet ⁊c̄. ſed tūc expectabāt redēptio-
nē:ḡ videt̄ ꝙ ſi ſine deſpōſatione pepiſſet ꝙ nō lapi-
Arguitur. daſſent eā:ſed cū gaudio ſuſcepiſſent. Itē videt̄ ꝙ
cōiugiū fuit eis īpedimentū credēdi:qꝛ ſciuerāt ꝙ de
virgine xp̄s naſci debuit ⁊ ip̄a ꝑ cōiugiū virginitatē
ſuā occultauit:ḡ eis īpedimentū credēdi ꝑ hoc videt̄
Sol'o generaſſe. Rn̄ſio dōm ꝙ verū ⁊ ꝑfectū mr̄imoniū
fuit inter gl'ioſam virginē ⁊ ſctm̄ ioſeph teſtē ⁊ ycono
Ad primū mū virginalis caſtitatis eius. Ad hoc ḡ qđ primo
obijcit̄ dōm ꝙ mr̄imonū rōne ꝯſenſus cōiugalis nō
dep̄mit ſtatū virginitatis:ſed potiꝰ rōne coitus ⁊ il-
le in illo mr̄imonio nō fuit:qꝛ vt dicit Orige. licet eſ-
Ad 2m ſet deſpōſata nō tn̄ fuit in cōcupiſcētia iuncta. Ad
aliud dicendū ꝙ votū eſt cōceptio melioris boni:bo-
nū autē melius eſt duplex. ſ. ſimpliciter ⁊ ſm tēpus
in quo magis valet. Dicit em̄ ph̄s in. 3. thopicoꝝ ꝙ
vnūquodq̄ꝫ in tēpore in quo magis valet magis eſt
eligendū:⁊ ideo optimū fuit beate virginis votū:qꝛ
ſimpl'r fuit de optimo. i. de virginitate:ſed bonū qđ
tunc plus valuit cōmiſit diſpenſationi. vnde nō du-
bitauit vtrū vellet virgo ꝑmanere:ſed potius vtrū
deberet ꝑmanere qđ volebat:eo ꝙ tunc fructus ven
tris ſm tēpus plus valuit eccl'ie q̄ꝫ virginitas:quia
multi ad ydolatriā ꝑtrahebant̄ ⁊ pauci verū deum
colebant. Et hoc eſt qđ p̄ceperat dn̄s Leuit. 2. ꝙ in
omni ſacrificio ſal offerret̄:qꝛ nullū votū debuit fie-
ri niſi diſcernēdo volūtatē dei circa bonū qđ tūc ma-
Ad 3m gis voluit. Ad aliud dicendū ꝙ quarta generatio
ne reuertunt̄ ſicut dicit obiectio:ſed non opꝫtet ꝙ per
omnia ſit ſimilis ſecūde ⁊ hoc ideo:quia ſtatus tēpo
ris nō fuit idem:ſolus em̄ exiſtens vxorē habere nō
pōt:ſed formabat̄ ei vxor ⁊ beate virgini nō naſceba
tur maritus:ſed dulciſſimꝰ filius q̄ ſua generatione
oēs genuit filios vt reduceret ad patriā eterne ſalu-
Ad obie- tis. Ad aliud dicendū ꝙ qꝛ meritū eſt in volūtate
ctionem. ⁊ indiſcretio eſt carere ſolacio neceſſitatis/ꝓcurauit
deꝰ matri ſolaciū neceſſitatis ⁊ volūtatis excluſit:⁊
ideo illa obiectio ſupponit falſum ꝙ. ſ. maioris meri-
ti ſit carere ſolatio neceſſitatis q̄ꝫ ip̄m habere:ſꝫ ſi di-
Ad q̄ſtiūcu cat de ſolatio volūtatis tunc nō eſt ad ꝓpoſitū. Ad
lā primā. aliud qđ obijcit̄ de cauſis quas aſſignat Origenes
Ad primū dicendū ꝙ bone ſunt. Ad id qđ obijcit̄ cōtra p̄mā
obiectum. pōt rn̄deri dupl'r. Uno quidē modo:qꝛ licet demo-
nes naturalē cognitionē habeāt diuinitatis tn̄ non
vnionis ⁊ ideo nō ſequit̄ ꝙ nouerūt deitatē vt vnitā
⁊ ſic celatū fuit eis:quia ſi filius fuiſſet nō cōiugate
virginis habuiſſent certiores ꝯiecturas. Alio modo
poteſt dici ꝙ de diabolo loquit̄ Origenes ī mēbris
ſuis ⁊ nō in ſe. ſed primū melius eſt:qꝛ glo. 1. Coꝝ. 2
ſup illud: Quē nemo principū huiꝰ ſeculi cognouit
ſi em̄ cognouiſſent nunq̄ꝫ dn̄m glorie crucifixiſſent:
⁊ exponi oportet de omnibꝫ qui neſcierūt ſacramen-
tū incarnatiōis:qꝛ ſi ſciuiſſent nunq̄ꝫ ꝑſuaſiſſent cru
cifixionē:ſciuiſſent em̄ ſe ꝑ hoc amiſſuros poteſtatē.
Et ſi obijcit̄ cōtra illud qđ dicit̄ Matth. 8. Quid Obiectio
nobis ⁊ tibi ieſu fili dei:veniſti ante tēpus torquere
nos. Dicendū ꝙ hoc dixerūt demones ꝑ cōiectu- Sol'o.
ras miraculoꝝ in ſctitatis fide ⁊ nō ex certa ſcientia.
Ad aliud dicendū ꝙ bene pōt eſſe ꝙ volūtate di- Ad 2m
uina īpediti nō cōſiderare audebant aliq̄d circa ma-
trem dei:⁊ ideo ſcientia eorū de naturalibꝫ eius fuit
quaſi in habitu ⁊ ſopita ſicut aliq̄s ſcit aliq̄d in vni-
uerſali qđ tamē in ꝑticulari nō conſiderat. Ad ali- Ad 3m
ud dicendū ꝙ de filio dei bene cognouerūt ꝙ nihil iu
ris habebant in ip̄o:ſed hoc poterat multis alijs de
cauſis volūtate diuīa fieri:⁊ ideo ex hoc nō habebāt
niſi coniecturā. Et ideo Matth. 4. ⁊ Luce. 4. mul-
tum inſtat tēptationi diabolus vt verū experimen-
tū diuinitatis accipiat. Ad aliud dicendū ſicut pri Ad queſtiū
us ꝙ ſolaciū neceſſitatis refutare eſt ꝑuerſum ⁊ non culā ſcd̄am.
meritoriū ⁊ p̄cipue in v̄gine cuiꝰ cū ſola eſt/nō eſt diſ
currere ꝑ terras ⁊ per diuerſa negocia vagari. Ad Ad queſtiū
vltimū dicendū ꝙ amātes primatū ceci facti erant: culā ſcd̄o ⁊
⁊ ideo teſtimonio ſcripture nō crediſſent ſed lapidā ad obiecta.
tes ſicut poſtea compertū fuit in opere/vbi magno ⁊
euidēti miraculo eos flectere nō potuit:vnde licꝫ ſcri
pturam habuiſſent tamē nō crediſſent beatā vir-
ginē fuiſſe illam de qua hoc predictū fuit. Et per hoc
patet etiam ſolutio ad ſequēs:quia nō fuiſſet eis im-
pedimentū:ſed potius crudelitatis argumentū per
ſancti viri ioſeph teſtimonio confirmatū.

## An ſacramentū matrimonij inter mariā ⁊ ioſeph fuit perfectū ⁊ an iuſte ioſeph voluit mariam dimittere. Arti. IX D

Ecūdo querit̄ vtrū ſacramentū hoc fuit per- Argu. p̄mo
ſ fectū. videt̄ autē ꝙ nō ⁊ hoc tripl'r Primo ab
ip̄a cauſa efficiēte. cōſenſus em̄ ſimpl'r cauſat
matrimoniū:ſimpl'r ergo cōſenſus cōditionatus nō
cauſat matrimoniū ſimpl'r ſed ſm quid:ſed cōſenſus
beate virginis fuit cōditionatus:ergo nō cauſabat
mr̄imoniū niſi ſm q̄d. ſed mr̄imoniū ſm q̄d eſt impꝫfe
ctū:ergo mr̄imoniū beate virginis fuit impꝫfectum.
Item ex parte boni fidei videt̄ fuiſſe impꝫfectū:qꝛ 2o
aliud eſt voti abſoluti ⁊ aliud fidei thori:votū em̄ ab
ſolutū cuſtodit caſtitatē abſolutā ab omni viro/⁊ in
omni hora:ſed fides thori nec omni hora nec abſolu-
te ⁊ hec cuſtodia nō fuit in beata v̄gine:ergo ſuū ma-
trimoniū q̄ꝫtū ad fidē thori fuit impꝫfectū. Itē etiā 3o
q̄ꝫtum ad ꝓlem videt̄ fuiſſe impꝫfectū:quia proles nō
fuit cauſata a matrimonio:ergo nō fuit bonū eius:ḡ
nō accipit ab ip̄a aliquā ꝑfectionē. Item q̄ꝫtum ad 4o
bonū ſacramēti:perfectū em̄ in bono ſacramēti eſt ꝑ-
fectū in ſignando:ſed iſtud imperfectū eſt in ſignādo
vt dicit lr̄a:ergo eſt imperfectū ſacramentū:ergo etiā
imperfectū videt̄. Item q̄ꝫtum ad eſſentiā matri- 5o
monij videt̄ imperfectū:qꝛ indiuiduitas eſt ꝑfectio
eſſentialis matrimonij:ſed que nunq̄ꝫ ꝑfecte fuerūt
vnū:ergo illa nunq̄ꝫ habēt ꝑfectā indiuiduitatē:ſed
beata virgo ⁊ ioſebh nunq̄ꝫ ꝑfecte fuerūt vnū:ḡ patꝫ
ꝓpoſitum. Probatio minoris eſt ꝙ vnitas animoꝝ

222

oꝛdinaꝛ ad vnitatē coꝛpoꝛū:finale aūt in omnib⁹ eſt
cōplens:cū igiꝛ nunꝗ̄ fuerūt vnū vnitate coꝛpis nū
6º ꝗ̄ ꝑfecte fuerūt vnū. Itē omne illud in quo deficit
vltimū cōplēs eſt iꝑfectū:ſed in mr̄imonio beate vir
ginis ⁊ ioſeph deficit vltimū complens:ergo eſt imꝑ
fectum. Pꝛobatio minoꝛis eſt vltimū cōſumās ma
7º trimoniū eſt cōmixtio ſexuū. Item cauſa quā in lr̄a
dicit videꝛ eſſe nulla: q2 caſtitas nō ꝑficit ꝯiugiū licz
8º aliquo mō ꝑficiat meritū:ḡ nihil eſt qđ dicit. Itē
hoc ꝑficit cōiugiū in qđ exercendū cōſentiūt cōiuges
hoc autē nō eſt caſtitas:ergo caſtitas nō ꝑficit. Pꝛi-
ma ꝑ ſe patet:ſcđa autē ꝓbatur per hoc ꝙ ſi caſtitas
ꝑficeret matrimoniū fruſtra excluderēꝛ a mr̄imonio
In ꝯ̄riū pº mater ſoroꝛ ⁊ filia ⁊ hmōi ꝑſone. In contrariū eſt
2º qđ diciꝛ in lr̄a ⁊ idē eſt in decreto.xxxj.ꝗ totū. Itē
adhuc obijciꝛ ꝑ rōnem ſic dei ꝑfecta ſunt opera:ergo
p̄cipue illa ſunt ꝑfecta que faciūt circa ſe ⁊ ſuos: ma-
trimoniū autē iſtud fecit circa ſe ⁊ ſuos: ergo eſt ꝑfe-
3º ctiſſimū. Itē ipe angelus dicit Matth.I. Noli ti-
mere accipe mariā cōiugem tuā,nō autē dicunꝛ con-
iuges vt ſup̄ eſt pꝛobatū niſi ex quo mr̄imoniū inter
Queſtiūcl'a eos eſt ꝑfectū:ergo fuit ibi ꝑfectū matrimoniū. Sz
ſi hoc ſm veritatē cōcediꝛ queriꝛ tunc quare ioſeph
cū eſſet iuſtus nollet eaz traducere:ſed voluit occulte
dimittere eā n̄ eīn licuit ei eā dimittere ⁊ aliā ducere
nec in ſeculo manere ſi erat matrimoniū ꝑfectū:ſed li
cuit cū eſſet iuſtus:iuſtus eīn nihil iniuſte molitur:ḡ
Solutio nō fuit matrimoniū ꝑfectū vt videꝛ. Reſpōſio di-
cendū ꝙ ꝑfectiſſimū fuit incōtaminatū ⁊ imaculatū
matrimoniū:q2 ſicut ſup̄ oſtenſum eſt cōcubitus car
nalis conſequēs eſt mr̄imoniū ⁊ nō ꝑficit ipm̄:ſed po
Ad pꝛimū tius cōſenſus per verba de p̄ſenti expꝛeſſus. Con
tra dicta igiꝛ nō repetētes dicimus ad pꝛimū ꝙ con-
ſenſus ſufficiēs fuit ad matrimoniū qui erat in mr̄i-
